ꝙtum hoc cõcernit materiã pũtis distinctõis: tũc diuiditur in tres ptes. In prima ostendit diuine essentie veritatẽ. In secunda eius nature immutabilitatem. In tertia eius simplicitatem. Primũ fact a pncipio distinctionis vsq; ibi. Dei etiam solius essẽtia. Secundũ ab inde vsq; ibi. Eademq; sola ꝓpe simplex est. Tertiũ ab inde vsq; ad finem distinctionis. Et hec est sententia mgr̃i in generali. In spẽali xo sentẽtia in hac distinctione summarie ꝓtinẽt in trib⁹ ꝓpositiõibus. quaꝝ ꝑma est hec. Dũtaxat deus ꝓprie hz essentie veritatez sine alicuⁱ⁹ nõ actualitatis admixtione. Et ꝓbat sic. Illud habet ꝓprie essentie veritatem sine alicuius nõ actualitatis admixtione. cuius esse reptum est sp esse. i. eternaliter. ⁊ qđ est sine ꝑteritione ⁊ futuritione. sed solus deus est hmõi. igit̃ ipe solus hz essentie veritatem sine alicⁱ⁹ nõ actualitatis admixtione. Tenet consequẽtia. et maior. sz minorẽ ꝓbat mgr̃ in lr̃a p hoc q essentia a xbo essendi nomen ꝓprium hz. Essentia enim deriuatur a xbo Sum es est. Et cõfirmat p hoc q esse diuinũ nõ nouit ꝑteritũ neq; futurũ. Scda ꝓpositio est hec. Solus deus hz eterne ꝙmanẽtie stabilitatem absq; cuiusuis mutabilitatis variatiõe. Et ꝓbatur sic. Illud xtualiter hz eterne ꝙmanẽtie stabilitatem qđ est ipm suũ esse: ⁊ qđ impossibile est alit̃ ipm disponi q̃ est: q̃cũq; etiam dispositiõe. sed solⁱ⁹ deus est hmõi. ergo ꝓpositio vera. Argumentum appa ret bonũ. ⁊ maior vera. Et circa minoris ꝓbationẽ ꝓcedit mgr̃ in textu sic. Et ꝑponit ꝑmo dei esse omnino esse immutabile. qđ ꝓbat ꝑmo p hoc q diuinũ esse est verissimũ. qđ nõ esset si posset mutari. Secũdo p hoc q in deo nõ sunt accidẽtia p q̃ mutatio ĩ rebus cõtingit. Tertio p compationem dei ad creaturas. Nam oĩs creature mutatio fit vel p loca vl̃ per tpa. vel p affectiões. sed neutrũ istoꝝ modoꝝ cadit in deo. vt ptz p diuersas sanctorũ autoritates in textu. igit̃ suũ esse est oĩno immutabile. Tertia propositio est. Q deus hz simplicitatẽ essentie sine cuiuscũq; multiplicitatis cõpositione. Et ꝓbatur sic. Illud hz essentie simplicitatẽ sine cuiusq; mltiplicitatis cõpositiõe: qđ nõ solũ corporũ vel spirituũ aut ꝑdicamentorũ multiplicitati nõ subijcit̃. sed etiam met est qđ in eo est: seu in eo esse dicit̃. sed deus est hmõi. igit̃ ipe hz simplicitatẽ sine cuiusq; mltiplicitatis cõpositiõe. Argumentũ ptz ⁊ maior. Et minorẽ exequẽs mgr̃ in lr̃a ꝓponit: q diuina essentia vere ⁊ ꝓpe simplex est. eo q in deo nulla est diuersitas p tium. accidentiũ. formarũ. Scdo ꝓbat idẽ p cõparationem ipius ad multiplicitatẽ creature spũalis. in q̃ licet nõ sit diuersitas ptium sicut in creatura corporali ꝓpt̃ eⁱ⁹ simplicitatẽ: cũ tota sit vbicũq; sit: siẽ aia rõnal̃ dr esse tota in toto corpe. ⁊ tota in q̃libet eⁱ⁹ pte. est tñ in ea diuersitas accidentiũ. siẽ mgr̃ declarat p exẽplũ de diuersis aie affectiõib⁹. Postea oñdit q hmõi simplicitati nõ repugnat mltiplicitas noĩa q̃ de ipo dicunt̃: eo q oĩa vnũ significãt. Et q nulla accidẽtia sint in ipo oñdit: discurrẽdo p singula ꝑdicamẽta accidẽtis. Et etiã q suba impropẽ dr de deo oñdit. qr accidẽti substat ipa suba. Et addit q ipa dei simplicitas psonaꝝ palitatem nõ excludit Et q nõ sit aliq̃d in deo qđ nõ sit deus. igit̃ ⁊c.

De distinctõe triũ psonarũ. a

DI. IX. Vncad distictioñe triũ psonaꝝ accedamus Teneam⁹ g̃ vt docet Aug⁹. i li. Augusti. de fide ad petrũ. pr̃em ⁊ filiũ ⁊ spm̃sanctũ vnũ esse deũ naturalit̃. nec tñ ipm patrem esse q̃ filius est. nec filium esse ipm qui pat̃ est. nec spũmsanctum esse ipm qui pater est aut filius. Una em̃ est essentia pr̃is ⁊ filij ⁊ spũssancti. In q̃ nõ est aliud pr̃. aliud fili⁹ aliud spũssanctus. q̃uis psonalit̃ alius sit pater. alius filius. alius spũssanctus.

Hic de eternitate filij cũ pr̃e. b

Genitus est enim a patre filius. ⁊ ideo alius. nec tñ añ fuit pater q̃ filius. Coeterne enim sunt sibi tres p sone.

Argumentatio arrianorũ. c

Bz contra hoc in= quit hereticus. vt refert Amb̃. in. j. lib̃. de trini. Omne qđ natum est ꝓncipium hz. ⁊ ideo qr filius natus est: ꝓncipium habz. et esse cepit. qđ hereticorũ orc sic dictum est. Nam ipe Arrius (vt meminit Aug⁹. i. vj. li. de tri.) dixisse fert̃. Si filⁱ⁹ est: natⁱ⁹ est. si natus est: erat qñ non erat filius. Ambro.

Respõsio Augustini catholica. d

Qui hoc dicit non intelligit etiã natũ esse deo: sempiternuz q̃ cẽ vt sit coetern⁹ pr̃i filius. siẽ splendor q̃ gignit̃ ab igne atq; diffundit̃: coeuus ẽ illi. ⁊ esset coeternus si ignis esset eternus. Augusti.

Oppositio Aug. cõtra hereticũ. e

Jtez. Si dei filius inqt Aug⁹. xtus ⁊ sapia dei est. nec vnq̃ fuit de⁹ sine xtute ⁊ sapia. coetn⁹ est deo pr̃i filius. Dicit aũt apls xpm ec̃ dei xtutem ⁊ dei sapiaz. Aut g̃ nõ fuit qñ nõ fuit fili⁹. aut aliqñ de⁹ nõ habuit xtutẽ ⁊ sapientiã. qđ demẽtis ẽ dicere. Cõstat enim qr sp habuit sapiam. sp g̃ habuit filium.

Respõsio Ambro. ad idem autoritate fulta. f

Eidem quoq; Arrianice questioni Ambro. in hunc modu respondet. Ego inquã filium esse natũ confiteor. quod reliquum est impietatis: horresco. Scriptum est em̃ in veteri testamẽ= Ambro.

tò. vt vel vnũ e pluribus dicaz. Añ me nõ fuit alius deus: ⁊ post me nõ erit. Quis ergo hoc dicit: pater an filius? Si filius ante me inq̃t non fuit ali⁹ deus. Si p̃. post me inq̃t non erit. hic ꝓpozem: ⁊ ille posteriozem non habet. Inuicem eñ in se: ⁊ pat̃ i filio: ⁊ filius in patre cognoscitur. Cum eñ patrem dixeris: eius etiam filium designasti. q̃ nemo ipe pater est sibi. Cum filium nominas: etiam patrez fateris. quia nemo ipse sibi filius est. Itaq̃ nec filius sine patre. nec pater potest esse sine filio. Semp ḡ pater: semp ⁊ filius.

Rõne vtitur Amb. cõtra hereticũ.

Inuectio Ambrosij contra hereticum. g

Item dic inquam

mihi hereticе. Fuit ne quãdo omnipotẽs deus pater non erat. ⁊ deus erat? Nam si pater esse cepit. deus ergo ꝑmo erat. et postea pater factus est. Quomõ ergo immutabilis deus est? Si eñ ante deus: postea pater fuit: vtiq̃ generatiõis accessiõe mutatus est. sed auertat deus hãc amentiam.

Ineffabile est quomodo filius sit et non habeat patrẽ priorez. sicut modus generationis inintelligibilis et ineffabilis. h

Bz queris a me in

quit Ambro. quõ si filius sit: non ꝓtẽ habeat patrem? Quero itẽ abs te quando vt quomõ filium putes esse generatum? Obi hi eñ impossibile est generationis scire secretum. Obens deficit. vox silet: non mea tantũ: sed ⁊ angelorum. supra potestates. ⁊ supra angelos. ⁊ supra cherubin. ⁊ supra seraphin: ⁊ supra omnem sensum est. quia scriptũ est. ¶ Pax xp̃i supra omnem sensum est. Et si pax xp̃i supra omnem sensum est. quõ non est supra omnẽ sensum tanta generatio? Tu ergo ozi manum admouc: scrutari non licet supna mysteria. Licz scire q̃ natus sit. nõ licet discutere quõ natus sit. Illud mihi negare nõ licet. hoc q̃rere met⁹ est. Ineffabilis eñ est illa generatio. Añ Esa. Generationẽ eius q̃s enarrabit.

Ambro.

Quidam presumunt discutere generationis seriem. i

Quidam tamẽ de

ingenio suo ꝓsumentes dicũt illam generationẽ posse intelligi ⁊ alia hmõi. Inherentes illi autozitati Hiero. sup Ecclesiasten. In sacris scriptur] q̃s sepissime nõ ꝓ impossibili: ꝫ ꝓ difficili ponit: vt ibi. Generationem ei⁹ q̃s enarrabit. Sed hoc non dixit Hiero. ideo q̃ generatio filij eterna plene intelligi vel explicari possit a quoq̃ mortalium. sed q̃ de ea aliq̃d intelligi vl dici potest. Quidã tamẽ hoc accipiũt dictum de tpali xp̃i generatione.

Vtrũ debeat dici sp gignitur, vel sp genitus est filius. k

Hic queri põt cum

generatio filij a patre: nec ꝓncipiuz habeat nec finem. q̃ eterna est. vtrũ debeat dici: filius sp gignit: vel sp genitus est. vel semp gignit? Be ꝫ Greg⁹. sup Job ait. Dñs deus ieſus in eo q̃ vtus ⁊ sapia dei est: de pte añ tpa natus est. vel poti⁹ q̃ nec cepit nasci: nec desijt. dicam⁹ verius sp nat⁹. nõ aũt possumus dicere sp nascit. ne impfect⁹ esse videat. At vo vt etern⁹ designari valeat ⁊ pfectus. ⁊ semp dicamus ⁊ natus. q̃ tenus ⁊ natus ad pfectionem ptineat. ⁊ sp ad eternitatẽ. q̃uis p hoc ꝑm q̃ pfectum dicimus. multũ ab illius veritatis exp̃ssione deuiamus. q̃ quod factum nõ est: non põt dici ꝓprie pfectum. sed balbutiẽdo vt possumus excelsa dei resonemus. Et dñs nostre infirmitatis vbis ꝓdescendẽs Esto te inq̃t pfecti sicut ⁊ pater vester celestl] pfectus est. Sup illuz locum etiã psal. Ego hodie genui te. Be hac generatiõe filij ita loquit Aug⁹. Quã q̃ p hoc q̃ dicit hodie possit etiam] intelligi dies ille quo christus ẽm hoiem natus est. tñ q̃ hodie p̃sentiam significat: atq̃ in eternitate. neq̃ p̃teritum quicq̃ est. quasi esse desierit: neq̃ futurum q̃si nondũ sit. sed p̃ns tñ. q̃ q̃cq̃d eternum est semp est. diuinius tñ accipit de sempiterna generatione sapientie dei. Ecce his verbis ostendit Aug⁹. q̃ generatio filij sp est. nec p̃terit: nec futura est. q̃ eterna est. Ideo dixi genui. ne nouũ putaret. s. ne videret incepisse. hodie dixit. ne p̃terita generatio videret. Ex his ergo verbis ꝓphete: vt ait Johes Chryſ. nihil aliꝺ manifestatur: nisi q̃ ex ipa essentia patris: sp genitus est filius.

Augusti.

Origenes videtur dicere contrarium. ait enim q semp generat filius a patre. l

Origenes vero super Hieremiã dicit. q filius semp generat a patre: his vbis. Saluator noster est sapientia dei sapia vo est splendor eterne lucis. saluator g noster splendor est claritatis. Splendor aũt non sic nascit & desinit. sed quotiẽs ortum fuerit lumen ex quo splendor orit: totiẽs orit etiam splẽdor claritatis. Sic g saluator sp nascit. Vñ ait in li. Sap. Añ omẽs colles generat me. Nõ vt q̃dam male legunt: genauit. His verbis apte ostendit Origenes sane dici posse et debere: filius semp nascit. Qo videtur cõtrarium illi verbo Grego. pmisso. s. nõ possumus dicere semp nascit.

Aug. in lib. lxxxij. qstio. do sp nato differens: ait. Melior ẽ sp natꝰ q̃ qui sp nascit. qa q sp nascit: nõ dũ ẽ natꝰ. et nunq̃ natus aut natꝰ erit si sp nascitur. Aliud enim ẽ nasci: aliud natũ eẽ. ac p hoc nũq̃ filius ẽ si nunq̃ natus ẽ. Filius aũt ẽ: qa natꝰ ẽ. et sp filius. Semp igit natꝰ est.

Exponit pmissa verba Gregorij. ne putetur inter doctores esse contrarietas. m

Sed ne tanti autores sibi ꝺicere in re tãta videãt: illa vba Grego. benigne interptemur. Bñs inqt ie sus añ tpa natus est de pre. vel potius. qr nec cepit nasci nec desijt: dicamus verius sp natus. Sed quo verius dicit h. s. q filius sp natus est q̃ illud. s. q de pre ante tpa natus est. Illud enim sincera et catholica fides tenet ac pdicat. vt istud. Quare g ait dicamus verius. cum vtrũq̃ parit sit verum: nisi qr volebat intelligi h ad maiorem euidentiã et expressionem veritatis dici q̃ illud. His etenim verbis omis calumniandi versutia hereticis obstruit aditꝰ. quibus christi fm deitatem generatio sine initio et sine fine esse ac pfecta mõstrat. Non autẽ adeo apte manifestatur veritas cum dicitur. filius ante tempora genitꝰ est de patre. vel filius semp nascitur de patre. Et ideo dicit Gregorius q non possumꝰ dicere semp nascitur. Non inq̃ ita conuenienter. non ita congrue ad explanationez veritatis. Potest tamen dici si sane intelligatur. semp enim nascitur filius de patre. vt ait Origenes. nõ q quotidie iteret illa generatio. sed qr semp est. sp ergo nascit. id ẽ natiuitas eius sempiterna est.

Questio de ipsis verbis Gregorij.

Hic soluit

Q filius sp generatur. confirmat ex dictis Hilarij. n

Hylariꝰ quoq; dicit filium nasci ex patre in li. vij. de trinita. his verbis. Viuens deus et nature eterne viuentis potestas est. et qo cũ sacramento scientie sue ex eo nascit: non potuit aliter eẽ q̃ viuens. Nam cum ait. Sicut misit me viuens pr. et ego viuo ppter patrem. docuit vitã in se p viuentẽ prem inesse. Ecce hic habes qr filius nascit ex patre. Itez in eodem. Cum dicit christus. Sicut pr habet vitam in se. sic et filio dedit vitam habere in semetipo. omnia viua sua ex viuente testatus est. Q autem ex viuo viuũ natus est: habet natiuitatis pfectum sine nouitate nature. Non enim nouum est quod ex viuo genera in viuũ. qr nec ex nihilo est. et vita que natiuitatem sumit ex vita: necesse est p nature vnitatẽ et pfecte natiuitatis sacramentũ. vt et in viuente viuat. et in se habeat vitã viuentẽ. Ecce et hic habes qr genera ex viuo viuens fiꝰ. Item in eodem In deo totum qo est viuit. deus enim vita est. et ex vita non pot q̃q̃ esse nisi viuum: neq; ex deriuatione: sed ex virtute natiuitatis est. Ac si dũ totũ qo est viuit. et dum totũ qo ex eo nascit virtus est. habet natiuitatem filius: nõ demutatoz. Et hic dicit qr nascit. Item in. viij. li. de tri. Bonat pater filio tantũ esse q̃tum est ipe. cui innascibilitatis esse imaginẽ sacramento natiuitatis impartit. quem ex se in sua forma generat. Hic dicit qr generat pater filiũ.

Idẽ in eodem.

Attende totũ quod i eodem ẽ viuit.

Breuiter docet quid de hoc cõcedendum sit. o

Dicamꝰ ergo filiũ natum de patre ante tempora: et semp nasci de patre. sed congruentius semp natũ. et eundẽ fateamur ab eterno esse et patri coeternuz. id est auctori. pater enim generatiõe auctor filij est. vt in sequenti ostendet. Ut ergo pater est eternus: ita et filius eternus est. sed pater sine auctore. filius vo non. qr pater innascibilis. filius natus. Et vt ait Hylarius in. xij. li. de tri. aliud est sine auctore semp esse eternũ. aliud patri. id ẽ auctori esse coeternũ. Vbi aũt pater auctor ẽ ibi et natiuitas est. qr sicut natiuitas ab auctore est. ita et ab eterno auctore eterna est natiuitas. Omne aũt quod semp est: etiaz eternum est. sed tñ nõ omne qo eternũ est: etiã innatũ est. quia quod ab eterno nascit habet eternum esse quod natuz est. Quod

Hylarius

aūt nō natum est: id cū eternitate nō natus est. qō vo ex eterno natū est: id si nō eternū natū est. iam nō erit ⁊ pr̄ auctor eternⁱ. Si q̄d g̃ ei qui ab eterno patre natⁱ est ex eternitate defuerit: id ipm̄ nō est auctori ambiguum defuisse. Quia si gignenti est infinitum gignere. ⁊ nascenti etiam infinitum nasci est. Quod iū eiñ qō inˢ natiuitatē dei filij ⁊ generationē dei pr̄is: nec sensus admittit. qr ⁊ in generatiōe natiuitas est: ⁊ in natiuitate generatio est. qr sine vtroq; neutr̄ est. vtrūq; g̃ sine interuallo sui est.

Argumentatio heretici. p

Sed inquiet hereticus. Omne qō natum est nō sp fuit. qr id natū est vt esset. Nemo ambigit q̄n ea q̄ in rebus humanis nata sunt aliq̄n nō fuerint. Sed aliō est ex eo nasci qō semp non fuit. aliud ex eo natū esse quod semper est. Ibi nec semp fuit qui pr̄ est. nec semp pat̄ est. ⁊ qui non semp pr̄ est: nō semp genuit. vbi aūt semp pater est: semper filius est. Q̄ si semp deo patri ppr̄ium est q̄ sp est pat̄. necesse est filio sp ppr̄ium esse q̄ sp ē filius. Quomō ergo cadet in intelligentiā nostrā vt non fuerit sp: cui ppr̄iū est sp esse qō natum est. Natum g̃ vnigenitū deum confitemur. sed natum añ tempa. nec ante esse q̄ natum. nec ante natum q̄ esse. qr nasci qō erat. iam non nasci est: sed seipm̄ demutare nascendo. Hoc aut̄ humanum sensum ⁊ intelligentiam excedit mundi. Non hoc capit ratio humane intelligentie. sed prudentie fidelis pfessio est.

Rñsio Hilarij

Quid sit ppr̄ium patri ⁊ filio

Ista est distinctio nona. In qua mgr̄ post̄q̄ egit de natura cōicata p generationem: tractat de coeternitate genitoris ⁊ geniti. Et tria facit. Nam p̄mo ostendit patris ⁊ filij coeternitatē. Scō solvit instantie difficultatem. Tertio dissoluit incidentis questionis ambiguitatem. Primū agit a p̄ncipio distinctionis vsq; ibi. Sz queris a me inq̄t Ambro. Scōm facit ab inde vsq; ibi. Hic quer̄i pōt Tertiū ab inde vsq; ad finem distinctiōis. Et hec ē sn̄ia mgr̄i in hac distinctiōe in generali. In speciali sn̄ia mgr̄i star in tribus ppositionibus. quarū p̄ma est hec. Dei filius ab eterno a patre genitus est simpliciter patri coeternus. Et probat̄ sic. Illud ē deo coeternū sine quo deus nunq̄ fuit nec esse potuit. Sz hic est filius genitus a patre. igitur ipe est patri coeternus. Argumentum videtur valere: ⁊ maior ē vera. Sed minorem ꝓbans mgr̄ in littera: proponit p̄mo q̄ tres persone in diuinis idem sunt in natura. sed distincte in psonalitate. Unde infert q̄ licet filiⁿ sit alius a patre: cum sit ab eo genitus. non tamen ante fuit pater q̄ filius: cum persone diuine sint sibi inuicem coeterne. Postea excludit errorem alicuⁱ Arrij dicentis: q̄ si filius natus esset p̄ncipium habe-

ret. ⁊ per consequens eternus non existeret. Hunc errorem excludit p autoritatem Augustini dicētis. Si filius non esset coeternus patri: pater fuisset aliquando sine sapientia: eo q̄ filius sit sapientia p̄ris vel pater fuisset aliquando sine filio. ⁊ postea habuisset filium. que stare non possunt. Relinquitur ergo propositio vera. Secūda ꝓpositio est hec. Filij ēterna generatio est ineffabilis. Et probat̄ sic. Illud est ineffabile quod omnem sensum superat. non solum hominū sed ⁊ angelorū. sed eterna generatio filij a patre est huiusmodi. igit̄ ipa est ineffabilis. Tenet argumentum ⁊ maior. sed minor patet in textu. vbi magister diuersis autoritatibus sanctorum insinuat q̄ patrem non esse p̄iorem filio omnem intellectum creature excellit. q̄dā quidam male p̄sumant ipsum posse p intellectum creatum comp̄hendi. Tertia ꝓpositio est hec. Filius in diuinis congruentius dicitur semper natus q̄ nasci. Et probatur sic. Illud est de generatione filij in diuinis potius affirmādū quod pfectionem sine impfectione exp̄imit. q̄ illud quod impfectionem de se non excludit. sed filium sp esse natum pfectionem sine impfectione exp̄imit. Et filiū semper nasci de seipo non excludit imperfectionem. igitur potius est affirmandum ipm̄ semper esse natum q̄ semper nasci. Argumentum apparet euidens. ⁊ maior ⁊ minor possunt haberi ex littera. cuius tota sententia potest stare in isto: q̄ exp̄essio generationis p verbum p̄teriti perfecti temp̄is: cuiusmodi est ly natus. denominat actum generationis transisse. ⁊ terminū eius actualiter in completo stare. Sed exp̄essio generationis p verbum p̄sentis temp̄is: cuiusmodi est ly nasc̄it. denomiat actum generationis adhuc fieri. quod de se impfectionem non excludit. Et p p̄ñs ꝓpositio vera.

Hic de spūsancto agit̄. ⁊ p̄ius q̄ sit amor patris et filij dicit. a

DI. X.

Hunc post filii eternitatem: de spūsancto quantum deo donante videre conceditur disseramus. Spūssanctus amor est siue caritas siue dilectio patris ⁊ filij. Ūñ Augustinus in. xv. li. de trinita. ait. Spiritussanctus nec patris est solius: nec filij est solius: sed amborū. ⁊ ideo cōmunem q̄ inuicem se diligunt pater ⁊ filius nobis insinuat charitatem: Augusti.

q̄ spūssanctus ꝓp̄ie dilectio dicatur. et tn̄ trinitas sit dilectio. b

Johannes autem in epistola canonica ait. Deⁱ charitas est non dixit spūssanctus charitas est. Quod si dixisset: absolutior esset sermo. ⁊ nō parua pars questionis decisa. sed quia dixit. deⁱ charitas est: incertū est. ⁊ ideo querēdum est. vtrum deus pater sit caritas: an filius. an spūssanctus: an deⁱ ipa trinitas?

c

qz ꝛ ipa non tres dij: ꝫ vnus deus est. Ad qđ Aug⁹. in eodem libro ita dicit. Nescio cur sicut sapia ꝛ pater dicit ꝛ filius ꝛ spūs sanctus. ꝛ simul omnes. non tres: sed vna sapientia. non ita ꝛ charitas dicatur pater ꝛ filius ꝛ spūssanctus. ꝛ simul omnes vna charitas. Non ideo tamen quisq̄ nos inconuenienter estimet charitatem appellare spūmsanctuz. quia ꝛ deus pater ꝛ deus filius potest charitas nuncupari. sicut ꝑpe verbum dei etiam sapientia dei dicit. cum ꝛ pr̄ ꝛ spūssanctus sit sapia.

Respōsio

Sicut verbum dei ꝓprie dicit sapientia. et tamen tota trinitas dicitur sapia. ita et spūssanctus proprie dicitur charitas. et tamen pater et filius et spūssanctus dicitur charitas. c

Si ergo ꝓprie aliquis horū trium charitas nuncupari debet. quis aptius q̄ spūssanctus. vt. s. in illa summa simpliciq̄ natura non sit aliud substantia ꝛ aliud charitas. sed substantia ipa sit charitas. ꝛ charitas ipa sit substātia. siue in patre siue in filio. siue in spiritusancto ꝛ tamen spiritussanctus ꝓprie caritas nūcupatur. Ecce his verbis aperte dicit Augustinus: q in trinitate charitas aliquando refertur ad substantiam. que cōmunis est trium psonarum. ꝛ tota in singulis aliquando specialiter ad psonam spūssancti. sicut sapientia dei aliquando p substantia diuina. aliquād p filio accipit. ꝛ hoc in multis fieri reperit.

Exemplis firmat eadē nomina ꝓprie et vniuersaliter accipi. d

Pluribus enim exemplis docerī potest multa rerū vocabula: ꝛ vniuersaliter poni ꝛ ꝓprie q̄busdam rebus adhiberi. sicut legis noīe aliquād simul omnia veteris instrumenti significātur eloquia. aliquād autem ꝓprie vocat lex que data est p Moysen. Multa alia suppetunt exempla. sed in re aperta vitanda est lōgitudo sermonis. Sicut ergo vnicum dei verbum ꝓprie vocamus noīe sapientie: cum sit vniuersaliter si spūssanctus ꝛ pater ipa sapientia. Ita spiritussanctus

ꝓprio vocabulo charitas nuncupatur. cum sit pr̄ ꝛ filius vniuersalit̄ charitas.

Autoritatē ponit q̄ filiꝰ ꝓprie dicatur sapientia. e

Sed dei verbum. id est vnigenitus dei filius apte dictus est dei sapientia: ore apostoli dicentis christū dei virtutem ꝛ dei sapientiā. Spūs aūt sanctus vbi sit dictus caritas: inuenimꝰ. si diligenter Johānis apostoli eloquiū scrutemur: qui cum dixisset. Diligamꝰ inuicem. q̄ ex deo est dilectio: adiunxit. Et oīs qui diligit: ex deo natus est. q̄ dilectiō deꝰ est. Hic manifestauit se dixisse eam dilectionez esse deū quam dixit ex deo. Deus ergo ex deo est dilectio. sed q̄ ꝛ filius ex deo patre natus est. ꝛ spussanctus ex deo patre ꝓcedit. quem potius eorū hic debeamus accipere dictū esse dilectionē: merito queritur Pater eñ solus ita deꝰ est vt nō sit ex deo. ꝛ ideo dilectio q̄ ita deus est vt ex deo sit: non ipe pater est. sed aut filius aut spūssanctus. Sed in ꝙsequentib⁹ cum dei dilectionem cōmemorasset Johānes: qua dilexit nos. ꝛ hinc hortatus esset: vt nos inuicem diligamus. atq̄ ita deus in nobis maneat q̄ vtiq̄ dilectionem deum dixerat. statim volēs de hac re apertius aliq̄d eloq̄: inq̄t. In hoc cognoscimus q̄ in ipo manemus ꝛ ipe in nob. q̄ de suo spū dedit nob. Spiritus itaq̄ sanctus de quo dedit nobis: facit nos in deo mancre. ꝛ ipm in nobis. hoc aūt facit dilectio. Ipe est q̄ deus dilectio. Deus q̄ spūssanctus qui ꝓcedit ex deo. significat vbi legit. Deus dilectio est. ꝛ dilectio ex deo est. Ecce his verbis aperte dicit Augꝰ. spūmsanctum esse charitatez patris ꝛ filij. ꝛ in tantū quoq̄ ꝛmonem ꝓduxit: vt videat dixisse spūmsanc cum non solum esse dilectionem patris ꝛ filij qua se inuicem ꝛ nos diligunt. sed etiam qua diligimus deum. Sed vtrum ipe sit charitas q̄ nos diligimus deum: in sequenti explicabitur.

De spūssancto testimonīū q̄rit. ꝛ inuenit vbi dicat eē charitas.

Redit ostēdere quod ꝓposuerat scz q̄ spiritussanctus sit amor quo pater a filio et filius a patre diligitur. f

Nunc vero quod incepimus ostendere curemꝰ. s. spūmsan-

ctum dilectionem esse siue amorē pris ⁊ filij. quo. s. pater diligit filiū. ⁊ filius patrē.
Hiero. De hoc Hiero. sup. xiiij. psal. ait. Spūssā ctus nec pr est nec filius. sed dilectio quaz habet p in filiū. ⁊ filius in prez. Augo. q̄z in. vj. li. de trini. ait. In omnibus equalis est patri filius. ⁊ est vnius eiusdemq; substātie. Quapropter etiam spiritussanctus in eadem vnitate substātie ⁊ equalitate cōsistit.

Quid sit spiritussanctus hic aperitur. g

Siue enim sit vnitas amboz. siue sanctitas. siue charitas. manifestū est q̄ nonaliqs duoz est quo vterq; coniungit. quo genitus a gignente diligat. genitorēq; suū diligat. sintq; non pticipatiōe. ꝫ essentia sua. necq; dono supioris alicui⁹: sed ppzio suo fuantes vnitatē spūs in vinculo pacis. Ecce h habes spiritumsanctū esse quo filius diligit a patre. ⁊ pater a filio. ⁊ quo illi duo fuant vnitatez pacis. Spūs g̃ sanctus. vt ait Aug⁹. in eo dez. cōmune est aliquid patris ⁊ filij. quicq̄d illud est. At ipa cōmunio consubstantialis ⁊ coeterna est. que si amicicia conuenienter dici potest: dicat. sed aptius dicit charitas. ⁊ hec quoq; substantia. q̄ deus substantia est. ⁊ deus charitas est. Tria g̃ sunt ⁊ non amplius vnus diligens eū qui de illo est. ⁊ vnus diligens eum de quo est ⁊ ipa dilectio. Que si nihil est: quō de⁹ dilectio est? Si non est sba: quomō deus substantia est.

q̄ spūssanctus sicut cōmunis est pri et filio. ita cōmune nomen habet ppzium. h

Hic notandum est q̄ sicut spūssanctus in trinitate specialiter dr charitas que est patris ⁊ filij vnio. ita ⁊ nomen tenet ppzie. qđ patri ⁊ filio cōmuniter quodāmodo cōgruit. Unde Aug⁹. in xv. li. de trini. Si charitas inquit qua pat diligit filium: ⁊ patrem diligit filius ineffabilem cōmunionem demōstrat amborum. quid cōuenientius q̄z vt ille ppzie dicatur caritas: q̄ spūs est cōmunis ambob⁹. Hoc cū sanius creditur ⁊ intelligit: vt nō solum spūssanctus caritas sit in illa trinitate. Sz
Augusti.

non frustra ppzie charitas nuncupet. propter illa que dicta sunt. sicut nō solus i illa trinitate vel spūs est vel sanctus. q̄z ⁊ pat spūs. ⁊ filius spūs. ⁊ pater sanctus. ⁊ filius sanctus. ⁊ tñ ipe non frustra dicit spūssanctus. Qui em est cōmunis ambob⁹. id vocatur ipe ppe quod ambo cōmunit. Alioqn si in illa trinitate solus spūssanct⁹ ē charitas. pfecto ⁊ filius non solius pris: ꝫ etiam spūssancti filius inuenitur. Ait em apostolus de deo patre. Transtulit nos in regnum filij charitatis sue. Si g̃ nō est in ista trinitate charitas dei nisi spūssanct⁹: filius est etiā spūssancti. Sed q̄ꝫ absurdissimuz est: restat vt nō solus ibi sit charitas spūssanctus. ꝫ ppter ista de q̄bus satis dissertui p prie sic vocatur.

Ista ē distinctio decima. In qua

mgr posteq̄ egit de generatione filij a patre: incipit agere de pcessione spūssancti ab vtroq;. s. a patre ⁊ filio. Et circa hoc tria facit. Primo em ostēdit spūssanctum amorē esse pris ⁊ filij. ⁊ p̄ consequēs pcedere p mo dum volūtatis. Scōo subiūgit q̄ amor conuenienter appropriat psone spūssancti. Tertio cōcludit q̄ etiam spūssanctus conuenienter nominat nomine eōi. s. conuenienti tam pri q̄ filio. quorū q̄libz est et pōt dici spūssanctus. Primū facit a pncipio distinctionis vsq; ibi. Hic manifestauit se dixisse. Secūdū subiungit ab inde vsq; ibi. Hic notandū est. Tertiū subiungit ab inde vsq; ad finē distinctōis. Et hec est sententia mgri in hac distinctiōe in generali. In speciali sententia mgri stat in tribus ppositionib⁹: quarum pma est hec. Charitas seu amor essentialit spūssancto appropriatus est cōmunis toti trinitati. Et pbat sic. Sicut se habet sapientia ad totā trinitatē ⁊ ad filium. ita se habet amor ad trinitatē ⁊ ad spūssanctum. sed sapientia essentialit dicta conuenit toti trinitati: ⁊ tamen appropriat filio. igit charitas seu amor pōt cōuenire toti trinitati. ⁊ tñ appropriari spiritui sancto: vt astruit ppositio. Argumentū patz ⁊ maior. sed minorem pbans mgr in textu ponit p mo q̄ spūssanctus sit amor vel dilectio patris ⁊ filij. quod pbat auctoritate. b. Augustini. xiij. de trini. dicentis. q̄ spūssanctus nec patris est solius. nec filij est solius: sed amborū. Et ideo cōmune quo inuicez se diligunt pater ⁊ filius nobis insinuat charitatem. Postea remouet mgr quandam dubitationē ortā ex dicto. xiij. c. pmo canonice sue vbi dicit. De⁹ charitas est. Di. aliqs: si spūssanct⁹ est amor siue dilectio ⁊ charitas. Cur tūc Johannes nō dixit: Spūssctūs charitas est. sed dixit. De⁹ charitas est: relinquens nob sub dubio: an intendat ibi de tota trinitate loq̄ aut de aliq̄ psona in spāli? Ad qđ rndet mgr q̄ caritas dilectio seu amor licet sit cōis toti trinitati. tñ q̄libz appropriat psone spūssancti. sicut etiam sapiā cōmunis est oībus psonis. tñ specialit appropriat filio. Etiam q̄uis nomen legis cōe sit toti veteri testamento. appropriat tñ legi Moysi. Ex q̄bus simit sumptis ptz ppositionē esse verā. Secda ppositio ē hec. Charitas seu amor psonalit nulli alteri ppe conuenit q̄ soli spūssctī psonalitati. Et pbat sic. Illi⁹ solius psonalitati ⁊ nulli alteri charitas siue amor psonalit ppe cōuenit: q̄ solus p modū dilectiōis pcedit. sz talit est spūssctūs. igit caritas seu amor psonalit spūssancto proprie soli conuenit. Tenet psequentia

ꝛ maiꝛ. sed minoꝛē ꝓbans mgr̄ in textu inducit tale dubiū. Bt̄us Johannes dicit in sua canonica vbi supꝛa. q̄ dilectio ex deo est. Cū ergo tam filius q̄ spūs sanctus sit ex deo. vn⁹ p̄ natiuitatē alius p̄ ꝓcessionem: dubitat̄ q̄s illoꝝ dilectio vocat̄. Et respondet q̄ spūssanct⁹. ꝛ hoc ꝓbat p̄ textū sequētē in eadē canonica: vbi post q̄ dixit. Dilectio q̄ nos fac̄ i deo manere in deo ē. subiūgit. In hoc cognoscim⁹ q̄ in deo manem⁹ ꝛ ipe in nob. q̄ de spūsancto dedit nobis. Sanctus itaq; spūs de quo dedit nob: facit nos in deo manere. Insinuās p̄ hoc spūmsctm̄ facere illam dilectionē q̄ est ex deo. Et ista cōfirmat mgr̄ p̄ autoritates sanctoꝝ que patent in lr̄a. igit̄ ꝓpositio vera. Tertia ꝓpositio est hec. Spūssanctus rōe communis original⁹ ꝓcipij est noīe spūssanctus noiatus non obstante q̄ illud nomen sit cōmune oībus trib⁹ psonis. Et ꝓbatur sic. Quodcūq; cōiter ꝛ equalit̄ habet originem a duobus cōuenientissime nominat nomine ꝙuenīente ambobus. sed spūssanctus habz cōmunem a patre ꝛ filio originem. igit̄ conuenīēter habet denominationem eis cōmunem: vt p̄tendit ꝓ positio p̄dicta. Argumentum apparet clarum cūm maiore. sed minoꝛē ꝓbat magist̄er in lr̄a autoꝛitate beati Augustini. igit̄ ꝛc.

Q spūssanctus ꝓcedit a patre et filio. a

DI. XI

Hic dicendum

est spūmsanctum a patre esse et filio: ꝛ ꝓcedere a patre ꝛ filio: quod multi heretici negauerūt. Q autē de vtroq; ꝓcedat: multis diuinoꝝ eloquiorum testimonijs comꝓbat̄. Dicit enim apl's. Quisi: deus spm̄ filij sui in coꝛda vr̄a Ecce hic dicit̄ spūs filij. Et alibi. Qui aūt spm̄ xp̄i non hz: hic nō est eius. Ipe etiaz filius de spūsancto dicit in euāgelio. Que ego mittā vob a p̄re. Ꝑris aūt spūs dict⁹ est vbi legit̄. Si spūs eius q̄ suscitauit cristuz a moꝛtuis habitat in vob. Et ipe xp̄s dicit. Non em̄ vos estis q̄ loquimi. ꝫ spūs p̄ris vr̄i qui loquit̄. Et in alio loco. Quez mittet pater in noīe meo. Et alibi ipe filius de spūsācto ait. De p̄re ꝓcedit. His ꝛ alijs autoꝛitatibus pluribus ostendit̄ q̄ spūssāctus a p̄re ꝛ filio ꝓcedit.

Q greci non concedūt spūmsāctū ꝓcedere a filio. b

Greci tamen dicūt

Quare dicatur. Prima cā

Scda causa

spūmsanctū ꝓcedere tm̄ a p̄re ꝛ nō a filio. Qđ ideo dicūt. q̄ vꝝitas i euāgelio fidē integrā ꝓtinēte: de ꝓcessiōe spūs loquēs solum p̄rez cōmemoꝛat dicēs. Spūs q̄ a p̄re ꝓcedit. Et etiā ideo. q̄ in p̄ncipalib⁹ cōcilijs q̄ apud eos celebꝛata sunt: ita simbola coꝝ subiunctis anathematib⁹ sancita sūt: vt nulli de trinitatis fide aliud docere vel alit̄ p̄dicare q̄z ibi contineat̄: liceat. In quibus q̄dē simbol cū spūssanct⁹ cōmemoꝛet ꝓcedere a p̄re ꝛ nō a filio. Quicūq; inq̄ūt a filio cum ꝓcedere addunt: anathema incurrunt. vñ ꝛ nos arguūt anathematis reos. Addunt etiā ad assertionē sue opinionis ꝛ in testimoniū nr̄e damnatōis de sūmbolo fidei: q̄d ꝫm traditiōz p̄dictoꝝ concilioꝝ Leo tertij rome trāscriptū in tabula argētea post altare p̄ti ꝑauli posita poteris reliq̄t ꝓ amoꝛe (vt ipe ait) ꝛ cautela fidei oꝛthodoxe. In quo q̄dem simbolo i ꝓcessione spūs solus cōmemoꝛat̄ p̄r his verbis. Et in spm̄sanctū dñm ꝛ viuificatoꝛem ex p̄re ꝓcedentem. cum p̄re ꝛ filio coadoꝛandū ꝛ glorificandū ꝛc̄. Illud ē simbolū q̄d in missa cāt̄at̄ editū in Niceno cōcilio. in fine cui⁹ subiunctū est. Qui aliō docuerit vl̄ alit̄ p̄dicauerit: anathema sit. Ideoq; greci nos anathematizatos dicūt. q̄ dicim⁹ spm̄sctm̄ a filio ꝓcedē. q̄d ibi nō contineat. Qđ eiñ ꝫm nos ibi ꝛ. Qui a p̄re filio q̄z ꝓcedit. alteꝝ a latinis ē additū. s. filioq;

Tertia ca.

Responsio vbi determinant̄ prędicta. c

Nos autē illa verba ita determinam⁹. Qui aliud docuerit ꝛ vel alit̄ p̄dicauerit: vl̄ ꝛrium docuerit: vl̄ ꝛrio mō p̄dicauerit: anathema sit. Aliō q̄ posuit ꝓ oppositō q̄liter ꝛ apl's in epl'a ad Gal̄. Si q̄s aliud euāgelizauerit. i. ꝛtrariū anathema sit. Non dicit. si q̄s addiderit. Nā si illud diceret: sibi ꝑpi (vt ait Aug⁹.) ꝑiudicaret q̄ cupiebat venire ad q̄sdā q̄b⁹ scribebat. sic ad Thessa. vt suppleret q̄ illoꝝ fidei deerant. Sz q̄ supplet qđ min⁹ erat addit. nō qđ inerat tollit. Qui aūt p̄tergredit̄ fidei regulā: nō incedit in via. ꝫ recedit a via. Ad illud aūt qđ de euangelio opponunt: rñdem⁹ ita. q̄ cū dicat in eo veritas spm̄sctm̄ a p̄re ꝓcedere. nō addit solo. ꝛ iō etiā a se ꝓcedere non negat. sed ideo patrez tm̄ noīat. q̄ ad eum solet referre etiā quod ipius est. q̄ ab illo habet.

Q greci in sensu nobiscū cōueniūt et si verbis differant: d

Sciēdum est tm̄ q̄

greci ꝓfitent̄ spm̄sctm̄ esse filij sicut p̄ris. q̄ ꝛ apl's dicit. Spm̄ filij. Et veritas in eua

gelio. spñ veritatis. Sz cū nō sit aliō spñ=
sanctū esse pris vl filij: qz esse a pre vl filio:
etiā in b in eande nobiscū fidei sniam cōue
nire videnť. licet in vbis dissentiāt.

Autoritatib⁹ grecorum ostendit spiritumsanctum procedere etiaz a filio.

Vnde etiā quidaz

corū catholici doctores intelligētes vnaz
eandēqz fore sniam ꝓdictoz vboz: quib⁹
dicit spūssanctus ꝓcedere a filio z esse filij.
ꝓfessi sunt spūmsanctū etiā ꝓcedere a filio
Athana. Vñ Athanasius in simbolo fidei. Spūssā
ctus a pre z filio: non factus: nec creatus:
nec genit⁹: sed ꝓcedēs. Ecce spūmsanctum
Didimus apte dixit ꝓcedere a patre z filio. Didim⁹
etiam corū maximus doctor in li. de spiri=
sancto. spūmsanctum a filio ꝓcedere dicit.
Saluator inqt qui est veritas. Nō em loq
tur a semetipo. hoc ē nō sine me z sine meo
z patris arbitrio. quia inseparabilis est a me
z a patris voluntate. qz ex se nō est. sed ex
patre z me est. ihoc em ipm qđ subsistit et
loquit: a patre z a me illi est. Jtē. Spūssā=
ctus qui est spūs veritatis. spūsqz sapien=
tie nō pōt audire a filio loquēte que nescit
cum hoc ipm sit quod ꝓfert a filio. i. ꝓroce
Cyrillus. dens deus de deo. Spūs veritatis proce=
dens a veritate. consolator manās ex cōso
latione. Nam Cyrilius epūs in epla Ne=
storio directa ait. Spūs intelligit ꝑ se ꝑm
qz spūs est. z non filius. sed tñ nō est alien⁹
ab eo. Spūs em veritatis nominat. et pro
fluit ab eo sicut ex deo patre. Johānes qz
Jo. chry. Chryſ. in omel. quadam de expositōe sim
boli sic ait. J ste est spūs ꝓcedens de pre z
filio: q diuidit dona ꝓpria put vult. Jdez
in alia omel. Credendū est spūmsanctuz pa
tris esse z filij. Jstum spūmsanctuz dicim⁹
patri z filio coequalem: z ꝓcedentē de pa=
tre z filio. Hoc credite: ne colloquia mala
corrūpant bonos mores. Ecce a doctori=
bus grecorū apta habem⁹ testimonia: qb⁹
spūssanct⁹ a pre et filio ꝓcedere ostendit.
Dis g lingua confiteat spūmsctū ꝓcedere
a patre z filio.

Hec est distinctio vndecima. In

q mgr post qz egit de mō quo spūssanct⁹ ꝓcedit. agit
de ꝓncipio a quo ꝓcedit. Et tria circa hoc fac. Naz
ꝓmo oūdit qd circa hmōi ꝓncipiū latim sentiāt. Se
cūdo subdit in quo greci ab ipis discrepāt. Tertio
subiūgit in quo greci simul z latini ꝓsentiāt. Primū
facit a ꝓncipio distinctiōis vsqz ibi. Greci tñ dicunt.

Scōm ab inde vsqz ibi. Sciendū tñ est. Tertiuz vo
ab inde vsqz ad finē distinctiōis. Et hec est sentētia
mgri in generali. In spēali vo snia mgri stat in tri=
bus ꝓpositionib⁹ quarū ꝓma est. Veritas approbat
euangelij ꝑem z filiū simul ꝓduxisse spūmsanctū.
Quc ꝓbat sic. Illud ꝺm veritatē euangelicā debet
teneri: qđ ipa approbat ex autoritatibus noui testa
mēti. Sed ꝑem z filiū sil spūmsanctum ꝓducere est
hmōi. vel ipm spūmsanctū ꝓduci ab vtroqz qđ idem
est. igit ꝓpositio vera. Tenet argumentū z maioz.
sed minorē ꝓbat mgr in textu. Et ꝓmo quo ad hoc
qz filio spūmsanctum ꝓduxit. vñ dicit scꝑtura. Misit
de⁹ spūm filij in corda vra. z ite. Qui aūt spūm xpi
nō hz: hic nō est ei⁹. Preterea euāgelū Johis dicit.
Paraclytus aūt spūssanct⁹ quē ego mittā vob a pre
Scōo ꝓbat idē quo ad hoc qz etiam spūssanctus ꝓ
cedit a pre. Vñ xps ait i euāgelio. Nō em vos estis
q loqmi. sed spūs pris vestri q loqtur in vob. Et ali
bi dicit. Quē mittet pr in nōe meo. z ite. Qui a
pre ꝓcedit. Scōa ꝓpositio est. Greci falso motiuo
inducti spūmsanctū a filio ꝓcedere negauerūt. Et ꝓ
bat sic. Illud verū greci falso motiuo negauerūt qđ
negantes negādi motiuū male intellexerūt. sz spūm=
sanctū negare ꝓcedere a filio est hmōi. igit ꝓposi=
tio vera. s. qz greci falso motiuo decepti negauerunt
spūmsanctū a filio ꝓcedere. Argumētū ē apparens
z maiorē suppono verā. sz minorē ꝓducēdo i textu
ꝓponit ꝓmo errorē grecoz: q ē qz spūssctūs a filio
nō ꝓcedit. Qđ ꝓmo ꝓbāt p illud euāgelij Johan.
xvj. Qui a pre ꝓcedit. Et idē cātat in missa i simbo
lo fidei: vbi agit de ꝓcessiōe spūssancti. z tñ nlla fit
ibi mentio de filio. z qđ ibi loquit de filio: hoc latini
apposuerūt. ꝓpt quā qdem opinionē greci dicunt
nos anathematizatos. qz Leo papa tert⁹ ꝺm tradi
tionem ꝓcilioz apud eos celebratorū: anathemati=
zauit oēs aliud dicētes de trinitate qꝑ in corū concī=
lijs extitit determinatū. qđ dicunt attestari tabulaz
argenteā rome retro altare sancti Petri z Pauli po
sitā. In q post simbolū hr in ea scriptū. Qui aliō do
cuerit vel predicauerit: anathema sit. Mgr vo nos
saluando dicit. Nos aūt nō dicim⁹ aliud illi ꝓtrariū
sz solū sctōz doctrinā explicam⁹. Etiā qz xps dicit i
euangelio spūmsctm a pre ꝓcedere. nō iō hoc dicē qz
non ꝓcedit a filio. sed moris sui fuit ad ꝑem refer=
re q cqd habuit. Et iō qz nō dixit spūmsctūm a solo pa
tre ꝓcedere: nō negat eū etiā a se ꝓcedere. Ex qui
bus pz ꝓpositionē esse veraz. Tertia ꝓpositio est
hec. Ex quo greci ꝓcedūt spūmsctm esse spūm filij non
sensu sz vbis a nob differūt. Jstā ꝓpositionē exꝑsse
ponit mgr i textu Athanasiū. Didimū. Cyrillum et
Johem Chryſ. q fuerūt doctores eorū sensisse. qui
oēs apte dixerūt spūmsctm a patre ꝓcedere z filio.
vt pz ex eorū autoritatib⁹. igit ꝓpositio vera.

Vtrū spūssctūs pri⁹ vel pleni⁹ ꝓcedat a patre qz a filio.

DI. XII.

Item querit

cum spūssanctus a patre procedat z a filio. vtrū ꝑus vl ma
gis ꝓcesserit a pre qz a filio. qđ nitit hereti
cus ostendere ita dicens. Si ꝓcessit vi qz spūssanct⁹ a pre: ꝓcessit vtiqz aut nato iam filio. aut nō nato filio. Si vo iā nato fi
lio ꝓcessit. añ nat⁹ ē fili⁹ qz ꝓcesserit spūssā=
ctus. Jp̄cessit g natiuitas filij ꝓcessionez

Argumenta tio hereti ci.

ſpūſſancti. Si aūt ꝓceſſit a ꝑre non genito filio: añ ꝓceſſit ꝙz filius genitus fuerit.

Reſponſio Auguſtini ad id quod ꝓio querebaꝫ .ſ. an prius a ꝑre ꝙz a filio ꝓceſſerit. b

His et hmõi queſti

Auguſti. onibus magis laborioſis ꝙz fructuoſis reſpondet Aug⁹. in. xv. lib. de trini. dicens. In illa ſumma trinitate que deus eſt: inter ualla tempoꝝ nulla ſunt ꝑ que poſſz oſtendi aut ſaltem requiri. vtrum p̃us de patre natus ſit filius. ⁊ poſtea de ambobus ꝓceſſerit ſpūſſanctus. Nunq̃d g̃ poſſumus q̃rere vtrum iam ꝓceſſerat de patre ſpirit⁹ ſanctus quando natus eſt filius. an nõduz ꝓceſſerat. ⁊ illo nato de vtroq̃ ꝓceſſit. Nõ poſſunt ꝓſus ibi iſta queri. vbi nihil ex tempore inchoaꝫ: vt ex conſequenti pficiatur in tempore. Ideo qui poteſt intelligere ſine tempe generationẽ filij de patre. intelligat ſine tempe ꝓceſſionez ſpūſſancti de vtroq̃. Ecce his ꝟbis abſoluta ẽ queſtio illa qua querebaꝫ. vtrum p̃us ꝓceſſerit ſpūſſanctus a patre ꝙz a filio.

Hic agiꝫ de eo quod ſecūdo q̃rebaꝫ .ſ. an pleni⁹ vel magis ꝓceſſerit a patre ꝙz a filio. c

Nūc tractandū eſt

qđ ſecundo querebaꝫ .ſ. an pleni⁹ aut magis ꝓcedat ſpūſſanctus a ꝑre ꝙz a filio. Ad qđ dicimus, qz ſicut non añ ꝓcedit a ꝑre ꝙz a filio. ita non plenius vel magis ꝓcedit a patre ꝙz a filio. Aug⁹. tamen in. xv. li. de trini. dicit. q ſpūſſanctus p̃ncipaliꝫ ꝓcedit de patre. Non fruſtra inquit i hac trinitate non dicit verbum dei niſi filius. nec donuz dei: niſi ſpūſſanctus. nec de quo genitum eſt verbum. ⁊ de quo ꝓcedit ſpirit⁹ ſanctus p̃ncipaliter niſi deus pater. Ecce audiſtis quia ſpūſſanctus p̃ncipaliꝫ ꝓcedit a patre. Sed ne te hoc turbaret: ipſe continuo ex quo ſenſu dixerit: apit dicẽs. Ideo addidi p̃ncipaliꝫ. quia ⁊ de filio ſpirituſſanctus ꝓcedere reperitur. ſed h̃ q̃z illi pater dedit non iam exiſtenti. ⁊ nõduz habenti. Sed quicq̃d vnigenito verbo dedit: gignendo dedit. Sic ergo eum genuit: vt etiam de illo donum cõmune ꝓcederet. ⁊ ſpūſſanctus ſpūs eſſet amboꝝ. Ecce ex-

Dz Aug⁹. dicit ſpūſcm ꝓcedere a patre.

Ex quo ſẽſu dixerit p̃ncipaliꝫ ꝓcedere a patre.

poſuit ipſemet quomodo ſpūs p̃ncipaliꝫ ꝓcedat a patre. non qz ꝓius vel magis ꝓcedat a patre ꝙz a filio. ſed qz cum ꝓcedat a filio: hocip̃m habet filius a ꝑre.

Ex eodem ſenſu etiam dicitur ſpiritusſanctus proprie procedere a patre. d

Ex eodez ſenſu etiam dicit

ꝓcedere ꝓꝑie de patre. Añ Hie ro. in expoſitõne catholice fidei. Niceniq̃ ſimboliſait. Credimus in ſpūmſanctū q̃ de patre ꝓcedit ꝓꝑie. Item ſpūmſanctū verum deuz inuenimus in ſcriptura. ⁊ de patre eſſe ꝓꝑie. Et ita de patre filius ⁊ ſpirituſſanctus ꝓꝑie ⁊ vere de patre ꝓcedit. Ecce apte dicit ſpūmſanctum ꝓꝑie eẽ de patre: ⁊ ꝓꝑie ꝓcedere a patre. Quod nõ eſt ita intelligendū tanq̃ prius vl̃ plenius a patre ꝓcedat ꝙz a filio. ſed quia hoc habz pater a ſe. non ab alio. vt de ipo ſit ⁊ ꝓcedat ſpūſſanctus. Filius aūt non a ſe. ſed a patre hoc habet. vt de ipo ſit ⁊ ꝓcedat ſpirituſſanctus. Hiero.

Ex eodem ſenſu dicit ſpūſſanct⁹ eſſe et mitti a patre p filiū. e

Forte etiam iuxta

hanc intelligentiã dicit ſpūſſanctus mitti p filium. ⁊ a patre eſſe p filium. Unde Hylari⁹ ad deū patrem de ſpūſancto ⁊ filio loquens in. xij. li. de trini. ait. In ſpirituſancto tuo ex te ꝓfecto ⁊ p eum miſſo. Itẽ añ tempoꝝ vnigenitus tuus ex te natus manet. ita q ex te p eum ſpūſſanctus tuus eſt quod ⁊ ſi ſenſu non ꝓcipiam. tamen teneo in cõſcientia. In ſpūalibus eñ rebus tuis hebes ſum. Item in eodem. Cõſerua hanc oꝝ fidei mee religionem. vt quod in regenerationis mee ſimbolo profeſſus ſuz ſemper obtineam. te patrem .ſ. ⁊ filium tuum vna tecum adorem. ſpūmſanctum tuum q̃ ex te per vnigenitum tuum eſt promerear. Ecce aperte dicit ſpūmſanctum a ꝑre p filium. ⁊ mitti. ⁊ eſſe. quod non eſt intelligẽdum quaſi a patre p filium minorem mittatur vel ſit. ſed qz ex patre ⁊ filio eſt. ⁊ mittitur ab vtroq̃. ſed hocip̃m habz filius a patre: vt ab ipo ⁊ ſit ⁊ mittatur ſpūſſanctus. Hylarius

Hoc g̃ voluit ſignificare Hylari⁹ diſtictio Hylarius

nem faciens in locutione: vt ostenderet ſ patre eſſe autoritatem. Inde eſt etiam q̄ veritas oſtendens p̄rem eſſe autorem p̄ceſſionis qua p̄cedit ſp̄ūs a filio. dixit in euāgelio. De patre p̄cedit. cum de p̄re ⁊ filio p̄cedat ſp̄ūſſanctus. Unde Aug⁹. in. xij. li. de tri. querit. Si de patre ⁊ filio p̄cedit ſp̄ūſſanctus: cur filius dixit: de patre p̄cedit? Cur putas niſi q̄ ſolet ad eum referre. etiam qđ ip̄ius eſt: de quo ⁊ ip̄e eſt. ſic ait Mea doctrina non eſt mea: ſed ei⁹ qui miſit me. Si ergo hic intelligit eius doctrina quam tamē non dixit ſuam: ſed p̄ris. quāto magis illic intelligendus eſt ſp̄ūſſanctus de ip̄o p̄cedere: vbi ſic ait. de patre p̄cedit: vt non diceret: de me non p̄cedit. A quo autem habet filius: vt ſit deus. eſt eñ deus de deo. ab illo vtiq̄ habet vt etiā de illo p̄cedat ſp̄ūſſanctus. Et ideo ſp̄ūſſāctus vt etiam de filio p̄cedat: ſicut p̄cedit de patre: ab ip̄o habz patre. Quapropter qui poteſt intelligere in eo quod ait filius. Sicut habet pater vitam in ſemetip̄o: ſic dedit ⁊ filio vitam habere in ſemetip̄o. nō ſine vita exiſtenti iam filio vitam patrē dediſſe. ſed ita cum ſine tempore genuiſſe. vt vita quam pater filio gignendo dedit coeterna ſit vite patris qui dedit. Intelligat etiam ſicut habet pater in ſeip̄o: vt de illo p̄cedat ſp̄ūſſanct⁹ ſic dediſſe filio: vt etiā de iſto p̄cedat idem ſp̄ūſſanctus. ⁊ vtriūq̄ ſine tempore. Ita ergo dictum eſt ſp̄ūm ſanctum de patre p̄cedere: vt intelligat q̄ etiam p̄cedit de filio. de patre eſſe et filio. Si enim quicq̄d habz: de patre habet filius. de patre habet vtiq̄ vt ⁊ de illo p̄cedat ſp̄ūſſanctus. ſed nulla ibi tempora cogitant̄ que habeant p̄us ⁊ poſterius: quia ibi omnino nulla ſunt.

Queſtio cur filius dixit de ſp̄ūſctō a patre p̄cedere cū ab vtroq̄ p̄cedat.

Jſta eſt diſtinctio duodecima In qua mgr poſtq̄ egit de p̄ncipio a quo ſp̄ūſanct⁹ p̄cedit. agit de ordine p̄ceſſionis eius. Et tria circa hoc facit. Nam p̄mo excludit ordinem tp̄m. Secundo excludit ordinem dignitatis. Tertio ponit ordinem natural' origims. Primū facit a p̄ncipio huius diſtinctionis vſq̄ ibi. Nunc tractandū eſt qđ ſecūdo querebat: Secūm ab inde vſq̄ ibi. Aug⁹. tū. xv. lib. de tri. Tertiū ab inde vſq̄ ad finem diſtinctionis. Et hec eſt ſententia mgr̄i in generali. In ſp̄ali ſententia mgr̄i ſtat in tribus p̄poſitionibus. quarū prima eſt. Sp̄ūſſanctus durationē tempis nec p̄us nec poſterius p̄ceſſit a patre q̄ a filio: nec ecōuerſo. Et p̄bat ſic. Ubi penitus nullū interuenit tp̄s. ibi tp̄is durationē neq̄ eſt p̄us neq̄ poſteri⁹. ſz in p̄ceſſione ſp̄ūſſancti a p̄re ⁊ filio nullū oīno inkueūt tp̄s. igitur ſp̄ūſctūs nō p̄cedit a p̄re p̄us neq̄ poſteri⁹ a filio. neq̄ ecōtra. ⁊ p̄ hāc p̄poſitio vera. Tenet' p̄ūtia et maio: nota ē. Et minor ē mgr̄ exequens in ſ'a q̄rit.

An ſp̄ūſctūs p̄us aut magis p̄cedat a p̄re q̄ a filio Et arguit ad q̄ſtionē ſic. Nā ſp̄ūſſanct⁹ p̄cedit a p̄re Ergo p̄cedit iā nato filio. vel nondū nato filio. ſi nato filio: igit̄ natiuitas filij p̄ceſſit p̄ceſſionē ſp̄ūſſancti. Si nondū nato filio. igit̄ p̄ceſſio ſp̄ūſſancti p̄ceſſit generatōz filij. ⁊ p hāc ſp̄ūſctūs p̄us p̄ceſſit a p̄re q̄ a filio Huic q̄ſtioni mgr̄ rñdet p remotōz tpis ab hmōi materia: ita dī: Hāc q̄ſtionem in p̄poſito non h̄re locū. q̄ in diuīs oīa ſunt eterna. igit̄ nullus p̄ōt ibi eſſe ordo tpis vel p̄oritatis durationis. qđ p̄bat auct̄e Aug. in li. de tri. q̄ ptz in textu. Scđa p̄poſitio eſt hec. Non maiori pfectioni dignitatis nec plenius ſp̄ūſſanct⁹ p̄cedit a p̄re q̄ a filio. Hāc p̄poſitionē mgr̄ p̄obat in. ij. c. hui⁹ diſtictōis q̄rens. Utrū ſp̄ūſctūs plen⁹ aut magis pfecte procedat à p̄re q̄ a filio. Et rñdet. Sic̄ nō añ p̄cedit a p̄re q̄ a filio. ita nō magis p̄cedit nec plen⁹ procedit a p̄re q̄ a filio. igit̄ p̄poſitio vera. Tertia p̄poſitio ē hec Spūſctūs q̄ eque pfecte ſit a patre ⁊ filio procedit p̄ncipalit̄ ⁊ p̄p̄e a patre p filiū mittit̄ auctoritatis originatiōe. Que p̄bat̄ ſic. Spūſctūs ab illo p̄ncipalit̄ eſt ⁊ mittit̄ q̄ hoc hz a ſe ⁊ a nullo alio q̄ ip̄m mittit. ⁊ q̄ ab ip̄o procedat. ſz hmōi eſt ſolus pat̄. igit̄ p̄poſitio vera. Tenet argumētū ⁊ maior. ſz minorem p̄bat mgr̄ in textu p miltos auctes. q̄ videt̄ ſonare: q̄ p̄r pl⁹ habeat in p̄ceſſiōe q̄ filij. ⁊ ſp̄ūſſanctus procedit a p̄re p filiū. Quas auctes mgr̄ dicit debere intelligi. nō q̄ ſp̄ūſſanct⁹ min⁹ plene vl̄ mīn⁹ pfecte procedit a filio q̄ a patre. ſz q̄ filij⁹ nō hz hoc a ſe ip̄o q̄ ſp̄ūſctūs ab ip̄o procedat eq̄ plene ⁊ pfecte vt a patre. ſz hoc hz a patre. igit̄ p̄poſitio vera.

Quare ſp̄ūſctūs cū ſit de ſubſtātia patris nō dicat̄ genit⁹ vel filius ſed tantū p̄cedens. a

POſt hec conſi- DI. XIII
derandum eſt q̄tum a talibus q̄les nos ſumus intelligi p̄ōt. cuz ſp̄ūſſanctus p̄cedat de patre: ⁊ ſit de ſubſtantia patris. cur non dicatur eſſe natus: ſed potius p̄cedere: ⁊ cur non dicat̄ filius. Quare aūt ſp̄ūſſanctus non dicat̄ vel ſit natus: ⁊ ideo non ſit filius Aug⁹. oſtendit in. xv. li. de trinitate ita dicens. Si ſp̄ūſſanctus filius diceret̄: amboz̄ vtiq̄ filius diceret̄. quod abſurdiſſimum eſt. Filius q̄pe nullus eſt duoz̄: niſi patris ⁊ matris. Abſit aut̄ vt inter deum patrem ⁊ deum filium tale aliq̄d ſuſpicemur. Abſurdiſſime ergo filius diceret̄ amboz̄. i. p̄ris ⁊ filij. Amboz̄ eñ filius diceret̄: ſi eū ambo genuiſſet. qđ abhoret oīm ſanctoz̄ ſenſus. Non g̃ ab vtroq̄ eſt genitus: ſ̄ p̄cedit ab vtroq̄ amboz̄ ſp̄ūs. Iſtis verbis oſtendit̄ cur ſpiritusſanct⁹ cum ſit de patre: non tñ dicat̄ genitus vel filius. Augusti.

Cū ſp̄ūſſanctus nō dicat̄ genitus cur filius dicat̄ p̄cedere b

Luz aũt ſpũſſctũs non dicaſ genitus: ſed tantũ ꝓcedens. q̃ri ſolet cur filius non dicit tm̃ genitus: ſed et ꝓcedens. Sicut ipe in euangelio Johannis ait. Ego ex deo ꝓceſſi vel exiui: et veni in mundũ. Non g̃ tm̃ ſpũſſanctus ꝓcedit a patre: ſed etiam filius? Ad quod dicimus q̃ cum vterq; ꝓcedat a p̃re: diſſimiliter tm̃. Nam ſpũſſanctus (vt ait Aug⁹. in v. li. de tri.) ꝓcedit a patre: non quõ nat⁹. ſed quõ datus vel donum. Filius aute ꝓceſſit naſcendo. exijt vt genitus. Ac ꝓ hoc illud eluceſcit vt põt. ſ. cur ſpũſſanctus etiam nõ ſit filius: cũ et ipe a p̃re exeat. Jõ. ſ. non dr filius. q̃ neq; natus eſt ſicut vnigenitus. neq; factus vt ꝓ dei gr̃az i adoptionem naſceret ſicut nos.

Augusti.

Ꝛ non põt diſtingui a nobis inter generationem filij et ꝓceſſionem ſpuſſancti. c

Inter generatõez Ꝛo filij et ꝓceſſionem ſpũſſancti: dũ hic viuimus diſtinguere nõ ſufficim⁹. Ũñ aug. Maximino ꝓmiſſam q̃ſtionem refricãti. ſcz q̃renti cur ſpũſſanctus non diceret filiꝰ cum de patris eſſet ſba. reſpondens ſic ait. Queris a me ſi de ſba patris eſt filius. de ſubſtantia patris eſt etiam ſpũſſanctꝰ. cur vnus filius ſit. et alius non ſit filius? Ecce reſpondeo. ſiue capias ſiue nõ capias. De patre eſt filius. de patre eſt ſpũſſanctꝰ. ſed ille genitus eſt: iſte ꝓcedẽs. Jdeo ille filiꝰ eſt patris de quo eſt genitus. Jſte aũt ſpiritus eſt vtriuſq; quoniã de vtroq; ꝓcedit. ſed ideo cũ de illo loqueret ait. De patre ꝓcedit. qm̃ pater ꝓceſſiõis eius auctor eſt qui talẽ filiũ genuit. et gignendo ei dedit: vt etiam de ipo ꝓcederet ſpũſſanctus Nã niſi ꝓcederet etiã de ipo: nõ diceret diſcipul. Accipite ſpm̃ſãctũ. cũq; inſufflãdo daret: vt a ſe q̃z ꝓcedere ſignificãs: aperte oñderet flando. q̃ ſpirãdo dabat occulte. Quia g̃ ſi naſceret: nõ tm̃ de p̃re: nec tm̃ de filio: ſ de ambobus vtiq; naſceret. ſine dubio filius diceret ambox. Ac ꝓ hoc quia filius amborꝫ nullo mõ eſſet: non oportuit naſci eũ de ambobus. Amborũ eſt g̃ ſpũſſanctus ꝓcedendo de ambobus.

Maximini

Rñſio aug. Q̃ p̃ eſt auctor ꝓceſſionis filiorum

Hic dicit q̃ non valet inter illa duo diſtinguere d

Quid autem internaſci et ꝓcedere interſit. de illa excelleutiſſima natura loquens explicare q̃s poteſt. Nam omne quod ꝓcedit naſcitur. q̃uis omne ꝓcedat quod naſcitur. Sicut nõ omne quod bipes eſt: homo eſt. q̃uis bipes ſit omis qui hõ eſt. Hoc ſcio. diſtinguere aute inter illam generationem et hãc ꝓceſſionem neſcio: non valeo: nõ ſufficio. ac ꝓ hoc q̃z et illa et iſta eſt ineffabilis. ſicut ꝓpheta de filio loquens ait. Generationem eius quis enarrabit. Jta de ſpũſancto veriſſime dicit. ꝓceſſionem eius quis enarrabit. Satis ſit g̃ nobis q̃z nõ eſt a ſeipo filiꝰ. ſ ab illo de quo natus eſt. nõ eſt a ſeipo ſpirituſſanctus: ſ ab illo de quo ꝓcedit. Et q̃z de vtroq; ꝓcedit: ſicut iam oſtendimus. De ſpũſancto quõ ipe de deo ſit. nec tm̃ ipſe filius ſit. qm̃ ꝓcedendo nõ naſcendo legitur eſſe de deo. iam ſupius q̃tum viſum eſt diſputauimus.

Augusti.

An ſpirituſſanctus debeat dici ingenitus. e

Nunc conſideran-dum eſt cum ſpũſſanctus non ſit genitus: vtrum debeat dici ingenitus? Ad qõ dicimus ſpũmſanctũ nec genitũ nec ingenitum debere dici. Unde Augꝰ. ad Oroſium ait. Spm̃ſanctum nec genitum nec ingenitum fides certa declarat. q̃ ſi dixerimꝰ ingenitum: duos p̃res videbimur affirmare. Si aũt genitũ duos credere filios culpamur. Sicut em̃ ſolus filius dicit genitꝰ. ita et ſolus p̃ dicit ingenitus. eo q̃ ab alio nõ ſit. Unde Augꝰ. in. xv. lib. de tri. Pater inq̃t ſolus non eſt de alio. Jdeo ſolus appellat ingenitus. non q̃dem in ſcripturis. ſ in cõſuetudine diſputantiũ. et de re tãta ſmonẽ q̃lem valuerint ꝓferentiũ. Filius autẽ de p̃re natus eſt. et ſpũſſanctꝰ de p̃re p̃ncipaliter et cõmunit de vtroq; ꝓcedit. Jõq; cuz ſpũmſanctũ genitũ non dicamꝰ. dicere tm̃ ingenitũ nõ audemꝰ. ne in hoc vocabulo vel duos p̃res in illa trinitate: vel duos q̃ nõ ſunt de alio quiſpiam ſuſpicetur. Ecce his vbis apte oſtendit ſpm̃ſanctũ nec genitum nec ingenitũ debere dici.

Augusti.

Hieronymus dicit ſpũmſãctũ ingenitum, quod videtur ꝓdictis aduerſari, f

Hiero. **Hieronym⁹ tamẽ** in regulis diffinitionũ contra hereticos dicit spũmsanctum ingenitum esse his ỽbis. Spũssanctus pater non est: sed ingenitus atq; infectus. Pater non est: q; patris est ⁊ in pre est. pcessionem habet ex pre: ⁊ nõ natiuitatem. Filius aũt non est. quia genitus nõ est. Ecce his ỽbis dicit spũssanct⁹ esse ingenitus. qd̃ videt aduersari pmissis verbis Augustini.

Determinatio fm diuersas acceptiones dicit eos locutos. g

Sed vt istam que videtur repugnãtiã de medio ambigam⁹. Dicimus q; Hiero. aliter accepit nomẽ ingeniti. ⁊ aliter Augustinus. Accepit enim Aug⁹. ingenitum qui vel quod de alio nõ est. ⁊ fm hoc de solo patre dicit. Hieronymus ỽo ingenitum dicit non genitum. et fm hoc de spũsancto potest dici. cum spiritussanctus non sit genitus.

Ex verbis Hieronymi ostendit. ex quo sensu dixit spũmsanctum ingenitum. h

Q; autez Hieronymus ita acceperit: ostenditur ex ỽbis suis quibus in eodem tractatu vtitur faciẽs talem diuisionem. Omne quod est. aut ingenitum est. aut genitum. aut factum. Est ḡ quod nec natum est nec factum. ⁊ est qd̃ natum est: ⁊ factum non est. ⁊ est quod nec natum est nec factum est. ⁊ est quod factuz est: ⁊ natum non est. ⁊ est quod factum est ⁊ natum est ⁊ renatum est. ⁊ est qd̃ factum est ⁊ natum est ⁊ renatum nõ est. Nunc ꝓpositorũ singulis rebus subsistentiam destinemus. Quod ergo nec natum nec factuz est: pater est. nõ eñ ab aliquo est. Qd̃ aũt natũ est: ⁊ factũ nõ est: filiꝰ est. q; a pre genitus est nõ factus. Qd̃ itez nec factum nec natũ est. spũssanctꝰ est. qui a patre pcedit. Qd̃ etiã factũ ẽ ⁊ natũ nõ est: celum et terra ceteraq; insensibilia sunt. Qd̃ aũt factum ⁊ natũ ⁊ renatũ est: hõ est. Qd̃ ỽo factum est ⁊ natum est: ⁊ renatum non est. animalia sunt. Ecce his verbis oñdit Hieronymus se ingenitum accipe non genitũ. Aliter enim non esset premissa diuisio vera

Diuisio hec notanda est diligẽter

scz omne quod est aut ingenitũ est. aut genitum. aut factuz. Atq; in diuisionis huiꝰ psecutione. in assignatione ingeniti vbiq; ponit non natũ.

Hec est distinctio tredecima. In qua mgr̃ posq; egit de mõ pncipio ⁊ ordine pcessionis spũssancti: agit de dña pcessionis ⁊ generatõis in diuinis. Et tria circa hoc facit. Nam pmo oñdit q; spũssanctꝰ nõ pcedit a pre ⁊ filio vt eorũ filꝰ. Secundo subdit diuersitatẽ inter generationẽ ⁊ pcessionẽ. Tertio subiũgit q; spũssanctꝰ non debeat dici genitus. Primũ facit a pncipio distinctõis vsq; ibi. Cũ aũt spũssc̃. Scõm ab inde vsq; ibi. Nũc ꝑsiderãdum est. Tertiũ vsq; ad finẽ distinctõis. Et hec est sentẽtia mgr̃i in generali. In spẽali ỽo in hac distinctione sñia mgr̃i stat in tribus ppositiõibus. quarũ pma est. Spũssanctus pcedẽs filꝫ a pre ⁊ filio nulla tenus illorũ filius ẽ dicendus. Et pbaꝫ sic. Illud a nullo catholico est dicendũ ad qd̃ sequereꝫ tanta absurditas. s. inter deuz aliq̃d nasci a duobus vt a patre ⁊ matre. sed hoc sequereꝫ si spũssanctus filiꝰ patris ⁊ filij dicereꝫ. igitur hoc nõ est dicendũ. Tenet ꝓsequẽtia ⁊ maior. sed minor em pbat mgr̃ i textu p autoritatem beati Augustini qua rñdet ad istam q̃stionem. s. Cur spũssanctus non dicit esse natus vl filius. cum tñ pcedat de substantia pris ita bene sic̃ filius. Respondendo dicit q; si spũssanctus filius diceret. amboꝝ vtiq; filius diceret. Filius quippe nullus est duorũ: nisi patris ⁊ matris. Absit aũt vt inter deum patrem ⁊ inter deum filium tale aliq̃d suspicemur. Amborũ eñ filius diceret: si ambo cũ genuissent. qd̃ abhorret oĩm sanctorũ sensus. Scda ppositio est hec. Modus quo filius pcedit a solo patre distinguit a modo quo spũssanctus pcedit ab vtroq;. Istã ppositionẽ pbans mgr̃ in ifa querit. Cum filius non tñ dicit genitus: sed etiã pcedens. Und Joh. viij. dr in psona filij. Ego a pre pcessi. quare spũssanctus dicit tñ pcedẽs ⁊ nõ genitus. Ad qd̃ rñdens dicit: q; licet vterq; ipoꝝ tam filius q; spũssanctus pcedit a patre. hoc tñ est diuersimode. Nã filius pcedit p modum nature. ⁊ ideo dicit ⁊ genitus ⁊ pcedens. qz omne qd̃ generat: pcedit. sz non ecõtra. Spũssanctus ỽo pcedit p modũ volũtatis sicut datus ⁊ nõ natus. Cũ ergo nõ omne qd̃ donatur ab aliqno nascit ab ipo. ideo spũssanctus dicit tñ pcedẽs ⁊ nõ natus. Aliã ratõz diuersitatis filij ⁊ spũssancti assignat que est. q; filius pcedit a solo patre. ⁊ spũssanctꝰ ab vtroq;. s. patre ⁊ filio. Et addit etiam q; creatura nõ sufficit ad significandũ perfectam differentiã generatiõis ⁊ pcessiõis. q; vtraq; ineffabil est. Tertia ppositio ẽ hec. Nõ ẽ catholice ꝓcedendũ spũmsanctũ esse genitũ vl ipm esse ingenitũ. Et pbaꝫ sic. Illud nõ est ꝓcedendũ catholice quo ꝓcesso sequereꝫ aut duos cẽ pres. aut duos eẽ filios in diuinis foze concedendũ. sed hoc est spũmsanctum esse genitũ vel esse ingenitũ. tgitꝫ nõ est concedendũ. Tenet argumentũ ⁊ maior. sed mgr̃ minorem pbans in textu querit. Cum spũssanctꝰ non sit genitus. an debeat dici ingenitus? Et respondet auctoritate beati Augustini. q; nec genitus nec ingenitus dici debeat. Nõ ingenitꝰ: ne duo pres in diuinis esse videanꝫ. qz ingenitꝰ fm ꝓsuetudinẽ disputãtiuz accipit solum p psona pris. Genitꝰ ỽo dici non dz eo q; natus nõ sit. Contra qd̃ replicat p autoritatez beati Diero. dicentis spũmsanctũ ingenitũ posse dici. Et respondet q; ingenitum aliter sumit a btõ Diero. ⁊ aliꝫ a btõ Augu. Nam. b. Augꝰ. accipit ingenitũ put ingenitum dicit ens non ab alio. ⁊ sic con-

uenit soli patri ⁊ nõ spũisancto. Btũs aũt Hiero. accipit ingenitũ ꝓut dicit ens ab alio nõ ꝑ generatõz ⁊ sic solũ ꝙuenit spũisancto Et ꝙ sic accipiat. b. Hiero. ingenitũ ꝓbat ꝑ allã autoritatẽ eiꝰ quã recitat i vltimo capitulo. igit ⁊c.

ℚ gemina est processio spiritussãcti. a

DI. XIIII

Preterea diligenter annotandum est ꝙ gemina est ꝓcessio spũssancti. eterna videlicet que ineffabilis est: qua a pre et filio eternaliter ⁊ sine tempe ꝓcessit. ⁊ temporalis qua a patre ⁊ filio ad sanctificãdaz creaturã ꝓcedit. Et sicut ab eterno cõmuniter ac simul ꝓcedit a patre ⁊ filio. ita ⁊ in tempe cũmunit ⁊ simul ab vtroq; ꝓcedit ad creaturam. non diuisim a pre in filiũ: ⁊ a filio ad creaturã. Añ Augꝰ. in .xv. lib. de trini. ait. Spũssanctus non de pre procedit in filiũ. ⁊ de filio ꝓcedit ad sanctificãdam creaturã. sed simul de vtroq; ꝓcedit. ꝙuis hoc filio pater dederit. vt sicut de se ita etiam de illo ꝓcedat.

Augusti.

De temporali ꝓcessione speciali ter agit. b

De tempozali aũt ꝓcessione Beda in omelia dñice ꝑme post ascensionem ita loquitur. Cũ gratia spũssãcti datur hominibus. profecto mittit spiritus a patre. mittit ⁊ a filio. ꝓcedit a pre: ꝓcedit ⁊ a filio. quia ⁊ eius missio est ipsa ꝓcessio. His verbis apte ostẽdit donationem gratie spũssancti dici ꝓcessionem vel missionem eiusdem. Sed cum donatio vel datio non sit nisi tempalis. constat ꝙ et ꝓcessio siue missio tempozalis est. Hãc ꝙz tempozalem spũssancti ꝓcessionez Augꝰ. in .xv. li. de trini. insinuat dicens spiritum sanctum ꝓcessisse a xpo quãdo post resurrectionem insufflauit in discipulos his vbis. Cum resurrexisset christus a mortuis ⁊ apparuisset discipulis. insufflauit erait. Accipite spũm sanctum. vt etiam eum de se ꝓcedere ostenderet. ⁊ ipe est virtus que de illo exibat: vt legitur in euangelio. ⁊ sanabat omnes. Et vt ostenderet hanc ꝓcessionem spũssancti nõ esse aliud ꝙz donationem vel dationem ipius spũssancti: addit. Post resurrectionez dñs Jesus bis dedit spũm sanctum. semel in terra. ꝓpt dilectionem ꝓximi. ⁊ iterũ de celo ꝓpter dilectiõz dei. qz ꝑ ipm donũ diffundit caritas i cozdibus nris. qua diligim⁹ deũ ⁊ ꝓximũ.

ℚ aliqui dicũt ipm spũmsanctum non dari sed dona eius. c

Bunt autẽ aliqui qui dicunt spũmsanctum ipm deũ non dari. sed dona eius que nõ sunt ipe spũs. ⁊ vt aiũt: spũssanctus dicit dari: cũ gratia eiꝰ. q̃ tamen non est ipe: dat hominibus. ⁊ h̃ dicunt Bedam sensisse in supioribus verbis q̃bus dicit spũmsanctum ꝓcedere cũ ipiꝰ gratia dat hominibꝰ. tanq; nõ ipemet det sed gratia eius. Sed ꝙ ipe spũssanctꝰ qui deus est ⁊ tertia in trinitate psona det: apte dicit Augꝰ. in .xv. li. de trini. ita dicẽs. Eundem spũmsanctũ datum cũ insufflasset Jesus. de quo mox ait. Jte baptizate oẽs gentes in nomine patris ⁊ filij ⁊ spũssãcti. ambigere non debemus. Jpe est ergo qui etiam de celo datus est die penthecostes. Quõ ꝯ deus non est q̃ dat spũmsanctum. imo quantus est deus qui dat deuz. Ecce his verbis apte dicit spũmsanctum ipsuz sez deum dari hoibus a patre ⁊ a filio. Et ꝙ ipe spũssanctus qui deus est ac tertia in trinitate psona nobis dctur. nostrisq; infũdatur atq; illabat mentibus apte ostendit Ambro. in .j. li. de spũsancto dicens. Licet multi dicant spũs. quia legit. Qui facit angelos suos spũs. vnus est tñ dei spũs. Jpsum ꝯ vnum spũm ⁊ apostoli ⁊ prophete sunt cõsecuti. sicut etiam vas electionis dicit. qz vnum spũm potauimus. q̃si euz qui non queat scindi. sed infundat animis: et sensibus illabat. vt secularis sitis restringat ardorem. qui spũssanctus nõ est de sba rerum corpalium. nec de sba inuisibilium creaturarũ. His verbis apte dicit spiritũ sanctum ipm qui creatura non est: infundi mentibus nostris. Jtem in eodem. Omis creatura mutabilis est. sed non mutabilis spũssanctꝰ. Quid aũt dicere dubitẽ. qz datus ẽ ⁊ spũssctũs: cũ scriptum sit. Caritas dei diffusa est in cozdibꝰ nris ꝑ spm̃sanctũ q̃ datus est nobis. Qui cũ sit inaccessibilis natura. receptibilis tamen ꝓpter bonitatem suam nobis est complens virtute omnia. sed qui solet ꝓticipet iustis. simplex sba opulens vtutibus. vnicuiq; pñs. diuidẽs de suo singulis ⁊ vbiq; totus. Jncircũscriptus ꝯ ⁊ infinitus spũssctũs qui discipulorum sensus sepatoz infudit. quẽ nihil po-

ℚ ipe spũssctũs q̃ deꝰ ẽ det ⁊ mittitur.

Ambro.

test fallere. Angeli ad paucos mittebant. spūssanctꝰ aūt populū infundebat. Quis ḡ dubitet quin diuinū sit qđ infundit simul plurib⁹ nec videt. Unus est spūssanctus q̄ datꝰ est oībus. licet sepatis apostol'. Et hic apte dicit Amb. q̄ spūssanctus qui est sba simplex cū sit vnus dat plurib⁹. Alia q̄z autoritate hoc idem astruit. s. q̄ spūssanctus q̄ est equalis filio hominibus det. Ait eīm Aug⁹. de verbis apostoli sic. Caritas dei diffusa est in cordibus nr̄is p̄ spūmsanctum qui datus est nobis. A quo datur? Ab illo qui dedit dona hoībus. Que dona? Spūmsanctū: qui tale dat donū qualis est ipe. Magē est miscōia eius. donuz dat sibi equale. q̄ donū eius spūssanctus est. Premissis ꝛ alijs pluribus autoritatibus apte monstrat q̄ spūssanctꝰ equalis patri et filio nobis dat. nec ideo tñ minor est p̄e et filio. Aīn Aug⁹. in. iiij. li. de tri. ait. Nō iō inq̄t minorem spūmsanctum. q̄ ꝛ eum pater misit ꝛ filius arbitrandū est.

An viri scti ꝛ eccleſie p̄lati dēt vel dare possint spūmsanctū. q̄ non dant hic ostendit deus. d

Hic queritur vtrū ꝛ viri sancti dent vel possint dare alijs spiritūsanctū: Quē si alijs dant: cū ei⁹ donatio supra sit dicta p̄cessio: videt ab eis p̄cedere spūssanctus vel mitti. Sz creator a creatura non mittit vel p̄cedit. Restat ergo vt spūmsanctū ipi nō dent nec possint dare. Unde Aug⁹. in. xv. li. de trini. Non alicꝰ discipulorū xp̄i dedit spūmsanctū. Orabant quippe vt veniret in eos quibus manum imponebāt: non ipi eū dabant. Que morem in suis p̄positis etiam nunc seruat ecclesia. Denicq ꝛ Simon magus offerēs apostolis pecuniam non ait. Date mihi ꝛ hanc potestatē: vt dem spūmsanctū. ſ cuicū q̄ inquit imposuero manus: accipiat spūmsanctum. Quia nec scriptura supius dixerat. Videns aūt Simon q̄ apostoli darēt spūmsanctum. sed dixerat. Videns autem Simon quia p̄ impositionem manuū apostolorum daret spūssanctus. Ecce his verbis ostendit Aug⁹. nec apostolos nec alios ecclesie p̄latos dedisse vel dare spirituz sanctū.

Q̄ non p̄t dare spūmsanctum hic docet. e

Et quod plus ē nō posse etiam dare dicit in eodem libro subdēs. De xp̄o scriptū est q̄ accepit a patre p̄missionē spūssancti. ꝛ effuderit. in q̄ vtra q̄ natura mōstrata est hūana. s. ꝛ diuina. Accepit q̄ppe vt hō. effudit vt deus. Nos aūt accipe q̄dem hoc donū possumus pro modulo nr̄o. Effundere vo sup alios non vtiq̄ possum⁹. ſ vt hoc fiat: deū sup eos a quo id efficitur inuocamus. Ihis vobis exp̄sse dicit nos spūmsanctū nō posse sup alios effundere. i. alijs dare.

Quod videt contrariū. f

Sed huic videtur contrariū qđ aplūs ad Gal. de se loquens ait. Qui tribuit vobis spūm: ꝛ op̄at virtutes in vobis. Ecce cuidenter dicit se tribuisse spūm. Sed intelligenduz est hoc dixisse apostolū: non quia haberet potestatē ꝛ autoritatem dandi spūmsanctum. sed q̄ ministerium habuerit in quo dabat a deo spūssanctus. Ut enim Aug⁹. sup eundem locum exponens illud apostoli verbum. Ab apostolo p̄dicata est eis fides. in q̄ p̄e dicatione aduentum ꝛ p̄sentiaz spūssancti senserant. sicut illo tempe in nouitate inuitationis ad fidem etiam sensibilibus miraculis p̄sentia spūssancti apparebat. vt i actibus apostolorū legitur. Apte hic ostendit quō illis spūmsanctum apl̄s tribuerit. Nō vtiq̄ ip̄m mittendo in eos: ſ p̄dicando eis fidem xp̄i. quam illis recipientib⁹ q̄ spūssanctus in eis esset aliq̄bus signis visibilibus monstrabat. Non ḡ hoies q̄tūcūq̄ sancti dare possunt spūmsanctū. Deum latio:

Hec est distinctio quartadecima

In qua magister post q̄ egit de p̄cessione spūssancti eterna: incipit agere de p̄cessione eius tpali. Et circa hoc tria facit. Nam p̄mo ostendit spūmsanctum a patre ꝛ filio simul tempaliter p̄cedere. Secundo q̄ spūssanctus datur psonaliter in suorū donorū cōmunicatione. Tertio q̄ a nullo alio nisi a deo datur instrumentali operatiōe. Primū facit a p̄ncipio distinctionis vsq̄ ibi. Sunt aūt aliq̄. Secūdū ab inde vsq̄ ibi. Hic queritur vtrum ꝛ viri sancti. Tertium vo ab inde vsq̄ ad finem istius distinctiōis. Et hec est snia mgr̄i in hac distinctiōe in generali. In spēali sententia mgr̄i stat in tribus p̄positionibus. quarum p̄ma est hec. Spūmsanctum a patre ꝛ filio simul p̄cedere tempaliter concedit: cum in creaturarum sanctificatiōe mittit. Et p̄bat sic. Aīn q̄ gr̄a spūssancti hoc ib⁹ dat. tunc spūssanctꝰ a p̄re ꝛ filio mittit: ꝛ p̄cedere vidz. sed omis datio spūssancti creature

facta est temporalis. igit̄ qñ sic spūssanct⁹ dat vel mittit̄ p̄cedit temporaliter. vt dicit p̄positio p̄banda. Tenet argumentū t maior. sed circa minorē p̄batiōz mgr̄ sic p̄cedit in textu. Et p̄mo ponit geminā spūssancti esse p̄cessionem. s. eternā t temporalem. Eterna ē que ineffabilis est qua a patre t filio eternaliter t sine tempe p̄cessit. Temporalis est qñ spūssanctus mittit̄ ad sanctificandū creaturam rationalem. Et subdit q qñ mittit̄ ad sanctificandū creaturam: tunc p̄cedit a patre t filio simul in illa eterna p̄cessione. Et hoc confirmat autoritate Augustini in fine p̄mi capituli. Q autem gr̄e spūssancti collatio fit eius missio a patre t filio temporalis vel eius temporalis p̄cessio patet autoritate Bede. que habet in p̄ncipio secundi capituli. Et tandem concludit ex verbis bti Augustini. q dñs discipulis spūmsanctum dedit. Semel post resurrectionem cū insufflauit t dixit. Accipite spūmsanctum. vt ptz Johan. xx. c. Sexto post suam ascensionem. s. in die penthecostes. Et hoc ad significādum duplicem dilectionē. s. dei t p̄rimi. quam spūssctūs in nobis operat. Secūda p̄positio ē hec. Spūs datur p̄sonaliter cum suorū donorū distributiōe. Et p̄batur sic. Ita spūssanctus mittit̄ t dat sicut in sacra scriptura ēm expositionem sanctorū doctorū mitti t dari manifeste affirmat. sed in sacra scriptura manifestē affirmat dari cū donis. igit̄ p̄positio vera. Tenet argumentū t maior: sed minorē p̄bans mgr̄ in lra: dicit quosdam errantes dixisse spūmsanctū nū q̄ p̄sonaliter dari hoibus. sed tm̄ gr̄am t dona eius. Quod ostendit esse falsum: inducens ad hoc autoritates. b. Augu. t Ambr̄. quibus apte ostendit quō spūssanctus tertia p̄sona in diuinis p se in suis gr̄atuitis donis hoibus mittit̄ t datur. Tertia p̄positio est hec. Spūssanctus a nulla creatura q̄tacunq; fulgeat sanctitate conferri p̄t: nisi instrumentaliter. Et p̄batur sic. Si aliqua creatura quantacunq; sancta et p̄lata posset spūmsanctū cōferre. sequeret̄ creatorē a creatura p̄cedere. Patet hec seq̄la p hoc q spūssancti datio nō ē aliq̄ q̄ ei⁹ p̄cessio. vt dicit p̄ia p̄positio. Sz p̄sequēs ē falsuz t impossibile. igit̄ illd ex quo sequit̄. sed hoc est oppositū hui⁹ p̄positionis. igit̄ hec vera. Istam rationē mgr̄ insinuans in littera querit. An viri sancti possint dare spūmsanctum. Et dicit q nō. q: si sic: tunc spūssanctus p̄cederet a creatura. qđ confirmat p hoc q nullibi legit̄ in p̄ma ecclesia: qñ viri erāt sanctiores q dedissent spiritūsanctum. sed legunt bñ orasse p aliq̄bus: vt illi q̄bus manus imponebāt: reciperent spūmsanctum. Et ideo soluit obiectionē quandam: quam v̄ba apostoli vident sonare ad Gal. iij. Qui tribuit vob spūm sanctum. t operatur virtutes in vobis. vbi videtur apostolus dicere se spūmsanctum tribuisse. qđ mgr̄ soluit dicēs. q ad eius p̄dicatōz dat⁹ fuit spūssanct⁹. t hoc nō est nisi instrumentaliter. vude relinquit̄ p̄positio tanq̄ vera.

Utrum spiritussanctus a seipso detur. a

DI. XV b

In consideran-
dum est: cum spūssanctus detur hominibus a patre t filio qđ ē ipm̄ temporaliter p̄cedere ab vtroq; vl' mitti. vtrum etiam a seipso detur? Si dat̄ a se. t p̄cedit vel mititur a se. Ad quod dicimus. q: spūssanctus t deus est: t donuz si ue datū. t idco dat t dat̄. Dat q̄dem increatum deus. t dat̄ increatum donum. Cū aūt donatio siue datio spūssancti sit operatio dei. t cōmunis sit t indiuisa operatio triū p̄sonarū. donat̄ itaq; spūssanctus non tantum a patre t filio: sed etiam a seipso. Unde Aug⁹. in. xv. li. de tri. dicit q seipsum dat. Sicut inq̄t corpus carnis nihil est aliud q̄ caro. sic donum spūssancti nihil est aliud q̄ spūssanctus. Intantū g donū dei est: increatum dat̄ eis quibus dat̄. Apud se aūt de⁹ est. t nemini datur. q: deus erat patri t filio coeternus anteq̄ cuiq̄ daretur. nec q̄a illi dant t ipe datur. ideo maior est ill̄. Ita ēm datur sicut dei donum: vt etiam seipm̄ det sicut deus. Nō em̄ dici p̄t nō esse sue p̄tātis. de quo dictum est. Spūs vbi vult spirat. Ecce apte dicit q spūssanctus seipsum dat. Si em̄ spūssanct⁹ seipm̄ dare non p̄t. t eum p̄r̄ dare p̄t t filius. potest itaq; pater aliquid t filius: quod nō p̄t spūssanctus. Item. Si pater t filius dant spūm sanctum. nec ipe dat aliquid. ergo p̄r̄ operatur t filius: quod non opat̄ spūssanct⁹. Dat g spūssanctus seipm̄. Si aūt seipsum dat. tunc t a seipo p̄cedit t mittitur. Nō vtiq; verum est. Nam processio temporalis spūssancti vel missio ipius est donatio: t ipa dei operatio. Procedit ergo spiritussanctus temporaliter a se: t mittitur a se. q: dat̄ a se.

Nō ē mirū si spūssanct⁹ dicit̄ mitti vel p̄cedere a se. cū etiā fili⁹ dicatur mitti a se. b

Ne autem mireris

q spūssanctus dicitur mitti vel p̄cedere a se. Nam t de filio dicit Aug⁹. in. ij. lib. de tri. q nō tm̄ a p̄re missus est: s etiā a seipso t a spūsancto. quer̄s quō filius v̄l spūssanct⁹ sit missus: cū vterq; sit vbiq; tanq̄ de⁹? Nam vterq; inq̄t Aug⁹. legit̄ missus de spūsamcto em̄ legit̄. Quem mittet pat̄ in noīe meo. Et iterq;. Si abiero mittā eum ad vos. Et fili⁹ de se dicit. Exiui a p̄re: et veni in mūdū. Et apls dicit. Q dixit deus filiū suū. In p̄pheta aūt scriptū est ex p̄sona dei. Celū t terrā ego impleo. Itaq; vbiq; deus est. vbiq; g est filius. vbiq; etiā est spūssanctus. Illuc g missus est filius t spiritussanctus vbi erant.

Augusti.

Augusti.

Quomodo intelligēda sit missio vtriusq;. c

Quo circa querendum est quomõ intelligat missio filij vt spiritus sancti. ꝓ nõ enim solus (inquit Aug⁹. in eodem) nusquã legit missus: sed filius et spũs sanctus. Et de filio primo videam⁹ quõ missus eum apostolus dicat. Misit deus filiũ suũ factum ex muliere. vbi satis ostendit eoipso missum filiũ quo factum ex muliere. Prius enim de mitti a patre sine spũsancto nõ potuit quia pater intelligit misisse eum cum fecit ex femina. quod vtiq; non fecit sine spũsancto. Ecce hic dicit filium missum a patre et spũsancto.

Aug⁹. primus de missione filij

Q a spũsancto filius sit missus auctoritatibus confirmat. d

Et q a spũsancto filius sit missus (vt ait Aug⁹. in eodem) auctoritatibus confirmat. Ipse xps dicit per Esaiam. Nunc misit me dñs et spũs eius. De hoc Amb. in li. ij. de spũsancto ita ait. Quis est qui dicit. Me misit dñs et spũs eius: nisi qui venit a patre: vt saluos faceret peccatores. i. xps. ergo et pr filium misit et spũs sanctus. Idẽ in eodẽ. Dat⁹ ẽ a patre. vt Esa. dicit. Puer natus est nob. et filius datus est nobis. Dat⁹ est audeo dicere et a spũ. q; et spũ missus est. Dicit enim filius dei. Spũs dñi sup me: ppt quod vnxit me. euangelizare pauperib⁹ misit me. pdicare captiuis remissionẽ etc. Qd cum de libro Esaie legeret: ait in euangelio. Hodie completa est hec scriptura in auribus vestris. vt de se dictũ esse signaret. Bñ autem dixit sup me. q; quasi filius homis et vnctus est et missus ad pdicandũ. Nam sm diuinitatem non sup xpm est spũs: sed in xpo. Ecce his verbis ostendit Amb. filium esse missum et datum nobis. non tm a patre: sed etiã a spũsancto.

Amb⁹.

Idẽ in eodem.

Q fili⁹ sit dat⁹ etiã a seipso. e

Deinde ostẽdit cẽ datum etiam a seipso. ita dicens in eodẽ li. Cum nõ diffinitũ fuerit p pphetam a quo datus est filius. ostendit dat⁹ gra trinitatis. vt etiã ipe filius se dederit. Ecce hic dicit q fili⁹ se dedit. q; trinitas cũ dedit. Si aũt filius a se datus est. a se g missus ẽ: et a se pcessit Et hoc vtiq; verum est: et pcedi oportet. cuius eius missio sit diuina operatio.

Q filius sit missus a se. f

Q autez a se mittatur Aug⁹. astruit in li. ij. de tri. dicẽs. Forte aliqs cogat: vt dicamus etiã a seipo missum esse filiũ. q; et Marie cõceptus et partus opatio trinitatis est. Sed inquit aliqs. quõ pater cum misit: si ipse se misit? Cui respondeo querens vt dicat: quomõ eũ pater sanctificauit: si et ipse se sanctificauit. Utrũq; enim dñs ait. Quem p̃ inquit sanctificauit et misit in hunc mundũ. Et alibi. Ego pro eis sanctifico meipm. Itez quero quõ pater eum tradidit: si ipse se tradidit. Utrũq; cm legit? Credo q; ñdebit si pbe sapit. quia vna voluntas est patris et filij. et inseparabilis opatio. Sic igit intelligat illam incarnationem et ex virgine natiuitatẽ: in q filius intelligit missus. vna eadẽq; opatiõe patris et filij inseparabiliter esse factam: non inde separato spũsancto. Ergo a patre et filio missus est idem filius. q; a pre et verbo eius factum est vt mitteret. i. incarnatus hominibus appareret. Nõ enim missus est mutando locũ. q; in mundo erat. Quapropter et pater inuisibil' vna cum filio secum inuisibili: eundẽ filiũ visibilẽ faciẽdo misisse eus dictus est. qui si ita visibil' fieret: vt cũ pre inuisibil' esse desisteret. i. si substantia inuisibilis verbi in creaturam visibilem mutata si transiens verteret. ita missus a patre intelligeret filius: vt tm̃ missus non etiam mittens cum patre inueniret. Cum verbo sic est accepta forma serui: vt maneret incõmutabilis forma dei. manifestum est q a patre et filio non aparentibus factũ sit. quod apparet in filio. i. ab inuisibili patre cũ inuisibili filio. id ẽ ipe filius visibil' mitteret.

Augustin⁹.

Summatim colligit que ex predictis astruunt. g

Ex pdictis aperte monstrat q filius missus est a patre et spũsancto. et a seipo. et que sit ipa missio. s. incarnatio. i. q factus est homo. per quod visibilis apparuit. quod est opus cõmune patris et filij et spũsancti.

Questio cur dicit a meipso nõ veni. h

Bz ad hoc opponi d

tur. Si filius a seipo missus est. cur g̃ ait.
Solutio. A meipo nõ veni? Ad hoc Aug⁹. rñdet in. vj
li. de tri. dicẽs hoc dictũ esse ꝑm formã ser
ui. ꝑm quã nõ fecit vt mitteret. i. nõ ẽ opa
tus incarnationẽ. sed ꝑm formam dei.

**Utrum semel tantum missus sit fi
lius, an sepe. i**

Hic quer̃itur vtrũ

semel tm̃ missus sit filius: an sepe mittatur?
Si em̃ missio filij ipius tm̃ incarnatio ẽ. cũ
semel tm̃ incarnatus sit. ꝙ semel tm̃ videtur
missus. Ac si sepe mittit. est. ꝙ alia eius mis
sio q̃ incarnatio. Sed que est illa? Nũqd
eterna genitura missio eius dicenda est: an
etiam alia missio querenda est.

**Q ꝑm alterũ modũ dicit missus in
mundũ, ꝑm alterũ non. m**

Ad quod dicimus

ꝙ duobus modis dicit filius mitti ꝓter
illam eternã genituram que ineffabilis est.
ꝑm quam etiam missus posset dici: vt vide
tur quibusdaz. sed melius ac verius ꝑm eã
dicit genitus. ꝓter eam ergo duob⁹ mo
dis dicit mitti. s. vel cum visibiliter mũdo
apparuit carne indutus. vel cum se in aias
pias sic transfert: vt ab eis ꝓcipiatur ac co
gnoscatur. Hos duos missionis modos
Augu sti. apte Aug⁹. distinguit in. iiij. li. de trini. di
cens. Non eoipo ꝙ de patre natus est: mis
sus dicit filius. sed vel eo ꝙ apparuit huic
mundo: ꝟbum caro factum. Unde dicit.
A ꝓre exiui: & veni in mundũ. vel eo ꝙ ex
tempe cuiusdam mente ꝓcipit. sicut dictũ
est de sapientia. Emitte illam de celis san
ctis tuis. & a sede magnitudinis tue: vt mẽ
cum sit & mecũ laboret. i. doceat mẽ labora
re. Et tũc vnicuiq̃ mittit cum a quoq̃ co
gnoscit atq̃ ꝓcipit. quantũ cognosci et ꝓ
cipi põt: ꝓ captu vel ꝓficientis in deũ: vel
ꝑfecte in deo anime rational.

**Q ꝑm alterũ semel ꝑm alterũ sepe
sit missus, et ꝑm alterũ vt sit hõ.
et ꝑm alterus vt sit cũ hoie. l**

Ecce distincti sunt

duo modi missionis filij. & ꝑm alterũ semel
tm̃ missus est dei filius. ꝑm alterũ sepe mis
sus est: & mittit q̃tidie. Naz ꝑm alterz mis
susẽ vt sit hõ. qđ fct̃ tm̃ factũ est. Scđm al
terũ ꝟo mittit vt sit cũ hoie, quõ quotidie
mittit ad sanctos. & missus est etiã ante in
carnationẽ & ad omẽs sanctos qui añ fue
runt. & etiã ad angelos. Unde Aug⁹. de fi Augusti.
lio. i. de sapientia patris loquens in. iiij. li.
de trini. ait. Aliter mittit sapia vt sit cũ ho
mine. aliter missa est vt sit homo. Jn aias
em̃ sanctas se transfert: & amicos dei & pro
phetas constituit. sicut implet etiam sctõs
angelos. Sed cum venit plenitudo tempo
ris: missa est non vt impleret angelos. nec
vt esset angelus. nec vt esset cum hoib⁹ vt
in homibus: vt antea in patribus erat & in
ꝓphetis. sed vt ipm̃ verbum fieret caro. i.
homo.

**Q ꝑm alterũ modũ dicit missus in
mundũ, ꝑm alterũ non. m**

Preterea notãdũ

est ꝙ cũ his duobus modis mittat filius.
ꝑm alterũ dicit missus in mundũ. ꝑm alte
rum ꝟo nõ. Eo em̃ mõ missus dr in mũdũ Au gusti.
quo visibiliter mundo apparuit. Unde Aug⁹. in
eodem li. ait. Cum ex tempe cuiusq̃ mente
ꝓcipit. mitti q̃dem dicit. sed nõ in hũc mũ
dum. Non em̃ sensibiliter apparet. i. corpo
reis sensibus ꝓsto est. Nã & nos ꝑm ꝙ mẽ
te aliquid eternũ capimus: non in h̃ mũdo
sumus. & omniũ iustorũ spũs etiam in car
ne viuentium inq̃tum diuina sapiunt non
sunt in h̃ mundo. Ex ꝓdictis liquet: ꝙ ꝓ
ter ineffabilem genituram duob⁹ modis mit
titur filius. s. cum visibiliter apparuit: vel in
uisibiliter ꝓcipit mente.

**Cur ꝓ nõ dicit missus cuz ab ali
quo cognoscit vt filius. n**

Hic querit cur pa

ter nõ dicit missus: cum ex tpe a quoq̃ co
gnoscitur sicut filius? Ad qõ dicim⁹: qz in
eo est ꝓncipij autoritas: que nõ hz de quo
sit. a quo filius est & spũssanct⁹. ꝓpter em̃ ẽ
(vt ait Aug⁹. in eodẽ li.) ꝓncipiũ toti⁹ di
uinitatis. vel si melius dicitur deitatis. qz
ꝓncipium est filij & spũssancti. Nam vt ait Augusti.
Aug⁹. in eodem. Si voluisset etiã de⁹ pa
ter ꝓ subiectam creaturam visibiliter appare
re. absurdissime tamẽ aut a filio quem ge
nuit. aut a spũsancto qui de illo ꝓcedit: mis
sus diceret. Congruenter aũt ille missus dr:
q̃ in carne apparuit. misisse aũt ille qui i eo
non apparuit.

Putauerunt quidã filium et spiritumsanctũ minores fuisse patre qz missi dicunt. o

Ideoqz putauerũt quidam heretici: cum pr̃ non sit missus: sz filius z spũssanctus pr̃em esse maiorem ac filiũ minorem esse z spũmsanctum. atqz patrem q̃si maiorem misisse vtrũqz quasi minorem. Aug⁹. improbat in .iiij. lib. de trini. illis contradicens. Non ideo inq̃t arbitrandũ est minorem esse filiũ q̃ missus ẽ a patre: nec ideo minorem spũmsanctũ q̃ z pater eum misit z filius. Siue em̃ ꝑ visibilem creaturã: siue poti⁹ ꝑ principij auctoritatẽ vel cõmendationẽ. nõ ꝑ inequalitatẽ vl̃ inparilitatez vel dissimilitudinem sbe in scripturis h̃ posita intelligunt. Nõ g̃ ideo dicit pr̃ misisse filiũ vel spiritũsanctũ q̃ ille esset maior z illi minores. sed maxime ꝑ auctoritatem p̃cipij cõmendandam. et qz in visibili creatura nõ sicut ille apparuit. Ecce ostensum est q̃ sit missio filij. z q̃bus modis mittat.

Augusti.

Ista ẽ distinctio quindecima. In qua mgr̃ postq̃ egit de p̃cipio tpalis ꝓcessionis. s. qua datur a patre z filio z suo modo a viris sanctis Nic inquirit vtrum a seipo detur vel mittat. Et circa hoc tria facit. Nã primo inquirit vtrum spũssanct⁹ a seipo mitti dici debeat. Secundo qualiter mitti a filio conuenit: determinat. Tertio patrez non posse dici missum insinuat. Primũ facit a p̃cipio vsq; ibi. Quo circa querendum est. Secundum ab inde vsq; ibi. Dic queritt cur pater. Tertium ab inde ad finez distinctionis. Et hec est sententia mgr̃i in generali. In speciali sententia mgr̃i stat in tribus ꝓpositionibus. quarũ p̃ma est. Spũssanctus sanctificãdo creaturam nõ solum a pr̃e z filio. sed etiã a seipo tempaliter mittit z ꝓcedit. Et ꝓbatur sic. Opera trinitatis. s. patris z filij z spũssancti ad extra sunt indiuisa. sed ꝓcessio z missio ad sanctificandũ creaturam est opus trinitatis ad extra. ergo est a tota trinitate z p consequens non solum a patre z a filio. sed etiã a spũsancto. s. a seipo. vt dicit ꝓpositio. Huius ratiõis sententiã mgr̃ explicat in textu querendo. an spũssanctus etiam mittitur z datur a seipo. Et dicit q̃ sic. Nam ipe spũssanctus deus est z donum est. et ideo dat z datur. dat in q̃tum deus. z datur inquãtum donum est. Et postea confirmat sententiam. s. q̃ spũssanctus mittatur z detur a seipo tripliciter. Primo p hoc q̃ opera trinitatis ad extra sunt indiuisa. Scõo p hoc q̃ q̃cq̃d potest facere vna persona ad extra: põt z alia. Si ergo potest pater dare z mittere spũmsanctum. sequit̃ q̃ ipe spũssanctus etiã seipm̃ potest mittere z dare. Tertio p simile de filio. de quo dicit beatus Aug⁹. in. ij. de trini. q̃ non tm̃ missus a patre z filio. sed etiam a seipo: igitur ꝛc̃. Secunda ꝓpositio est hec. Licet filius solum semel in carnẽ a tota trinitate mittat. frequenter tamẽ incastas mentes mitti nullatenus negat. Primã huius conclusionis ptem mgr̃ ꝓbat in textu. Et primo q̃ solum semel missus sit in carnem. z hoc auctoritate beati Augustini dicentis. q̃ ꝑter generatiõz eternã quam q̃dam generationẽ appellant: duobus modis missus est. s. visibiliter in carnẽ. z inuisibiliter in mẽtem. Et hos modos missionis ponit Aug⁹. Et differt vna missio ab alia. Nam missio in carnem semel facta est. missio vo in mentẽ pluries. Hec ille. Et q̃ in carnem sit missus a tota trinitate ꝓbatur. Nã primo q̃ sit missus a patre z spũsancto per illud Esaie. vbi p ꝓphetam xp̃s dicit. Nunc misit me dñs z spiritus eius. Et q̃ sit missus a seipo: patet auctoritate beati Augustini dicentis. ij. de trini. q̃ Marie conceptus z partus opus trinitatis est. Scda huius conclusionis pars patet p beatũ Augustinũ vbi supra. Tertia ꝓpositio est hec. Nec filius nec spũssanctus est minor patre. non obstante q̃ pater non possit dici missus: q̃liter cunq; etiam mũdo appareat. Et ꝓbatur sic. Ille nunq̃ conuenienter missus dici poterit. qui nunq̃ ab alio ꝓcedit. sed omis ꝓcessionis ẽ auctor z p̃ncipium. sed ex quo talis est pater in diuinis: patet veritas ꝓpositionis. Istam rationẽ explicans mgr̃ querit. quare pater non dicit̃ missus. Et respõdet q̃ ꝓpter auctoritatẽ ꝑm quã pater a nullo est. iõ nec mitti põt. Et p hoc excludit errorẽ quorũdã hereticorũ dicentiũ filium z spũmsanctuz esse minores patre. eo q̃ illi duo mittunt̃: z pr̃ non. Quod ꝓbat esse falsum auctoritate beati Augustini. Et sic terminatur sententia huius distinctiõis.

De missiõe spũssancti que fit duob⁹ modis. visibiliter et inuisibilit̃. a

DI. XVI

Hunc de spiritusancto videndũ est p̃ter illam ineffabilem z eternam ꝓcessionem qua ꝓcedit a patre z filio. et nõ a seipso: que sit eius tempalis ꝓcessio que dicit̃ missio siue datio? Ad quod dicimus quia sicut filius duob⁹ modis dicit̃ mitti. vno quo visibiliter apparuit. altero quo inuisibiliter castis mentibus ꝓcipitur. Ita z spiritussanct⁹ a pr̃e z filio ac a seipo duobus modis ꝓcedere siue mitti siue dari dicitur vno visibilit̃. altero inuisibiliter. Bat⁹ est em̃ visibil̃ creature demonstratiõe. sicut in die penthecostes: alijsq; vicib⁹. z dat̃ q̃tidie inuisibilit̃ illabẽdo mentibus fideliuz.

Pri⁹ de illo mõ missionis qui fit visibiliter agit. b

Et primo agamus de illo missionis mõ qui fit visibili specie. De hoc Aug⁹. in. ij. li. de trini. ita ait. In pmptu est intelligere de spũsancto: cur missus z ipe dicatur. Facta est em̃ q̃dã creature species ex tempe in qua visibiliter ostenderet̃ spũssanctus. siue cũ in ipm̃ dñm coz=

Augusti.

porali specie colũbe descendit. siue cum in die pẽthecostes fact⁹ est subito de celo sonus q̃si ferret flat⁹ vehemẽs ⁊ vise sunt illĩ lingue diuise sicut ignis. q̃ ⁊ insedit super vnũquẽq; eorũ. Hec opatio visibiliter expressa. ⁊ oculo blata mortalib⁹: missio spiritussancti dicta est. nõ vt appareret eis ipsa suba. qua ⁊ ipe inuisibilis ⁊ incõmutabilis est. sicut pater ⁊ filius. sed vt exterioribus visis corda hoim cõmota a tempali manifestatiõe venientis: ad occultã eternitatem semp p̃sentis cõuerterent. Ecce his ỽbis apit Aug⁹. illum modũ missionis q̃ visibiliter exhibet. cum tamen ipe spũs in sui natura non videat. qui nec in illĩ creaturis magis erat q̃ in alijs. sed ad aliud. In illis eñ erat vt p eas ad homies veniens: ostẽderet esse in illis ad quos ille creature veniebant. Non eñ spũssanctus tempali motu tunc venit vel in homies descendit. sed p tempalem motum creature significata est spũalis ⁊ inuisibilis spũssancti infusio. Et vt apertius dicam. per illũ moduz missionis spũssancti corporaliter exhibitũ monstrata est spiritualis ⁊ interior missio sanctispiritus. siue donatio de qua agẽdũ est.

Cũ filius sit minor patre ſm formã creatã in qua apparuit. cur non et spũssanct⁹ similiter. c

Sed prius querẽdum est.

cum filius dicat minor patre ſm missionẽ qua in forma creata apparuit. cur ⁊ spũssanctus nõ dicat similit minor p̃re: cũ in forma creata apparuit? Nam de filio q̃ minor sit patre ſm formam q̃ missus apparuit. apte ostendit Aug⁹. in. iiij. li. de trini. dicens. Misit deus filium suũ factũ ex muliere: factum sub lege. vsq; adeo paruum vt factum. eo itaq; missum: q̃ factuz.

De filio probat. Augusti.

Fateamur ergo factum minorem. ⁊ intantũ minorẽ inquantũ factum. ⁊ intantũ factum inquantũ missum. Ecce habes: qr filius inq̃tum est missus id est factus. minor est patre. Cur ĝ spũssanctus non dicit patre minor: cum ⁊ ipe creaturã assumpserit in qua apparuit? Quia alit spũs assumpsit creaturam in qua apparuit. aliter fili⁹. Nam filius accepit p vnionem. spirit⁹ ỽo non. Filius enim accepit hominẽ ita vt fieret homo. Spũs ỽo sanctus non ita accepit columbam vt fieret colũba. Deh Augusti. in. ij. li. de trinita. ita ait. Ideo nusq; scriptum est q deus pater maior sit spũsancto: vel spũssanctus minor patre. qr nõ sic est assumpta creatura in qua appareret spiritussanct⁹. sicut assumptus est fili⁹ hois. i qua forma ipius dei ỽbi psona p̃sentaret. nõ vt haberet ỽbũ dei sicut alĩ sancti sapientes. sed q ipm ỽbum erat. Aliud est eñ ỽbũ in carne. aliud ỽbum caro. i. aliud est ỽbum in hoie. aliud ỽbũ hõ. Caro eñ p homine posita est in eo q ait. Verbũ caro factũ est. Nõ ĝ sic assumpta est creatura in q̃ apparuit spũssanct⁹: sicut assumpta est caro illa ⁊ hũana forma ex ỽgine maria. Nõ eñ columbã vel illũ flatũ vel illũ ignẽ benedificauit. sibiq; in vnitatẽ psone cõiũxit in eternũ. Ex p̃dictis apte ostẽsuz est ſm q̃d filius dicat minor p̃re. ⁊ quare filius dicatur minor p̃re ⁊ nõ spũssanctus.

Q filius ſm q hõ factus est nõ modo patre. sed spũsancto. et etiam seipso minor est. d

Notandum autez

q fili⁹ ſm q hõ factus est: nõ tm̃ p̃re: ꝟ spiritussancto ⁊ etiã seipo minor dr. Et q etiaz seipo minor dicat ſm formam ſui Aug⁹. ostendit in. j. li. de trini. dicens. Errauerũt hoies ea q̃ de xpo ſm hoiem dicta sunt ad eius ſbam q̃ sempiterna est transferentes. sicut illud qđ ipe dñs ait. Pr̃ maior me est. qđ ppter formã ſui veritas dicit. ſm quẽ modum etiam seipo minor est filius. Quõ eñ nõ etiã seipo minor factus est q̃ seipsuz exinaniuit formam ſui accipiẽs. Nõ enim sic accepit formam ſui: vt amitteret formã dei. in qua erat equalis patri. In forma ĝ dei vnigenit⁹ p̃ris equalis est p̃ri. In forma ſui etiam seipo minor est. Non ĝ imerito scriptura dicit vtrũq; s. ⁊ equalem patri filiũ. ⁊ p̃rem maiorẽ filio. Illud eñ propter dei formã. ꝟ aũt ppter formã ſui intelligitur. De hoc eodez in. ij. li. de tri. aug⁹. ait. Dei fili⁹ est equal patri ſm dei formã in q̃ est. ⁊ minor p̃re ſm formã ſui quã accepit. in qua nõ modo p̃re: ꝟ etiã spũsancto nec hoc tm̃: sed etiã seipo minor inuent⁹ ẽ. Propter qđ vt idem in lib. contra Maximinũ ait. Non tm̃ p̃re: ꝟ etiam seipo ⁊ spũsancto minor factus est. ⁊ etiã minoratus paulominus ab angelis. Est ĝ dei fili⁹: vt ipe ait in. j. lib. de tri. deo p̃ri natura equal

Augusti.

Augusti.

habitu minor. i. in forma serui quam accepit. His autoritatibus ostendit aperte filius fm formam sui minor patre: et seipso et spūsancto.

Hylarius aliter dicit. s. q̄ pr̄ sit maior nec filius tñ minor. e

Hylarius aūt dicere videt: q̄ pr̄ sit maior filio. nec tñ filius minor patre. Pater eñ dicit maior ppt autoritatem. q̄r in eo est autoritas generationis: fm quam dicit. Pater maior me ē. Et apls. Donauit ei nomen qđ est sup omne nomen. Cum ergo ait. Pater maior me ē. hoc est ac si diceret. donauit mihi nomen. Si ergo (inq̄t Hylarius in. ix. lib. de tri.) donantis autoritate pater maior est. nūq̄d p doni confessionez filius minor est. Maior itaq̄ donans est. sed minor iam non est: cui vnū esse donat. Ait eñ. Ego et pr̄ vnū sumus. Si non hoc donat iesu vt cōfitendus sit in gloria dei patris: minor pr̄e est. Si autē in ea gloria dei donat esse qua pater est. habes et in donantis autoritate. q̄a maior est. et in donātis pfessione. q̄r vnum sunt. Maior itaq̄ pater filio est. et plane maior. Cui tantū donat esse quantus est ipse. cui innascibilitatē esse imaginē sacro natiuitatis impartit. quam ex se in forma sua generat. Audisti lector q̄d sup b̄ dicat Hylarius. cuius v̄ba vbicūq̄ occurrerint. diligenter nota. pieq̄ intellige.

Ista est distinctio sedecia In qua

mgr̄ post q̄ egit de pcessione spūsancti temporali. incipit agere de missione eius visibili. Et circa hoc tria facit. Nam p̄mo ostendit spūmsanctū esse visibiliter missum. Secūdo subdit q̄liter visibiles missiones filij et spūsancti se habeāt ad inuicē. Tertio subiungit qualiter filius et spūsanct⁹ fm istas missiō esse habeant ad pr̄em. Primum facit a p̄ncipio distinctionis vsq̄ ibi. Sed prius querendū est. Secundū ab inde vsq̄ ibi. Hylarius aūt dicere, videt. Tertiū v̄o ab inde vsq̄ ad finem distinctionis. In speciali v̄o sentētia mgr̄i stat in tribus ppositionib⁹. quar̄ p̄ma est hec. Spūsanct⁹ ad modū filij est missus dupliciter. s. visibiliter et inuisibiliter. Et pbatur sic. Spūsancti tempalis missio est creature sanctificatō sed creature sanctificatio dupliciter fit. aliquādo cū apparentia alicui⁹ visibil̄ signi. quādoq̄ v̄o effectu solum interiori sine visibili signo. igit̄ missio spūsancti est dupler. s. visibilis et inuisibilis. Istam ratiōez intendit magister in textu. vnde ponit p̄mo. Sicut filius dupliciter est missus. s. in carnem visibilit̄. et in castas mentes inuisibiliter. Sic spūsanctus visibiliter apparuit in die penthecostes in specie linguarū ignearuz. alijsq̄ vicibus in specie columbe. et quotidie illabitur mentibus fidelium inuisibiliter. Et subdit postea: q̄ illa visibilis spūsancti missio non fuit: nisi quedam ip̄ius apparentia vel manifestatio i corporali creatura: tanq̄ in signo manifestatōis: vt magister inducit in textu ex autoritate beati Augusti. Secunda ppositio est hec. Spūsanctus non dicit minor realiter tota trinitate ppter ip̄ius visibilem missionem. sicut filius ppter suam. Hanc ppositionem mgr̄ insinuans querit. Quare spūsanctus ratione sue visibil̄ missionis non dicit minor pr̄e. sicut filius ratiōe sue incarnatiōis seu visibilis missionis dicit minor tota trinitate. Et respondet q̄ spūsanctus non assumpsit colūbam vt esset colūba. sed vt i ea appareret. et vt p eam designaret inuisibilis missio. Filius aūt assumpsit humanam naturam non solum vt in ea appareret. sed etiam vt esset hō. Et iō filius fm illā suā visibilem missionē dicit minor non solū patre: sed etiam scipo et angelis. vt ptz ibi. Minuisti eum paulominus ab angelis ꝛc. Ad qđ magister adducit multas autoritates. vt patz in lra. Tertia ppositio est hec. Pater autoritate donatiōis est maior filio sibi essentialiter equali. Hanc ppositionem pbat magister autoritate Hilarij. ix. de trini. dicentis. Donantis autoritate pater est maior. nunq̄d p doni confessionē filius est minor. Maior itaq̄ donans est. sed minor iam non est. cui vnū esse donatur. Aīñ ptz hanc ppositionem esse veram.

De missione spūsancti qua inuisibiliter mittit. a

Iam nūc accedamus ad assignandam missionem spūsancti qua inuisibiliter mittit in corda fidelium. Nam ipe spiritus sanct⁹ qui deus est: ac tertia in trinitate psona. (vt supra ostensum est) a patre et filio ac scipo temporaliter pcedit. id est mittit ac donatur fidelibus. sed que sit ista missio siue donatio: vel quomō fiat cōsiderāduz est. DI. XVII

Premittit quiddā ad hanc ostēsionem necessarium. s. q̄ spūsanctus est charitas qua diligimus deū et primum. b

Hoc aūt vt intelligibilius doceri: ac plenius pspici valeat p̄mittendū est q̄ddam ad hoc valde necessarium. Dictū q̄dē est supra: et sacris autoritatibus ostensuz. q̄ spūsctūs amor ē p̄ris et filij quo se inuicem amāt et nos. His aūt addēdū est: q̄ ipe idē spūsctūs est amor siue charitas: q̄ nos diligim⁹ deū et primū q̄ caritas cū ita est in nob vt nos faciat diligere deū et primū. tunc spūsanct⁹ dicit mitti vel dari nob. et q̄ diligit ipa dilectionem q̄ diligit primum. in eoipo deū diligit. q̄r ipa dilectio de⁹ est. i. spiritussanct⁹

Autoritatib⁹ ita esse cõfirmat. c

Ne aũt in re tanta

aliq̃d de nostro influere videamur. sacris autoritatibus q̃ dictũ est corroborem⁹

Augusti. De hoc Aug⁹. in. viij. li. de tri. ait. Qui p̃ primũ diligit: ꝓsequẽs est vt ipam p̃cipue dilectiõz diligat. De⁹ aũt dilectio est. ꝓsequens g̃ est vt p̃cipue deũ diligat. Jtez in eodem. De⁹ dilectio est. vt ait Jobs ap̃ls Ut q̃d g̃imus. et currim⁹ in sblimia celoz: et ima terrarum querentes eũ qui est apũd nos: si nos apud eum esse velim⁹. Nemo dicat. nõ noui q̃d diligaz. diligat fratrez: et diligat eandẽ dilectiõz. Magis eñ nouit dilectionẽ q̃ diligit q̃ fratrem quẽ diligit. Ecce iam potes notiorẽ deum hr̃e q̃ frem ꝑplane notiorẽ: qz p̃sentiorẽ: qz interiorẽ: qz certiorẽ amplectere dilectiõz deũ: et dilectione amplectere deũ. Jp̃a est dilectio q̃ oẽs bonos angelos: et oẽs dei ꝓuos consociat vinculo sanctitatis. Quãto g̃ saniores sumus a tumore supbie: tanto sumus dilectione pleniores. et quo nisi deo plenus est q̃ plenus est dilectione. Jhis ꝙbis satis ostẽdit Aug⁹. q̃ dilectio ipa qua diligim⁹ deũ vel primũ deus est. Sed adhuc apertius in eodem libro subdit dicens. Dilectionez quam cõmendat Johannes ap̃lus attendamus. Qui diligit inquit fratrem: in lumine manet. et scandaluz in eo non ẽ. Manifestum est q̃ iusticie pfectiõez in fratris dilectione posuerit. Nam in quo scãdaluz non est: vtiq̃ pfectus est. Et tñ videt dilectionem dei tacuisse. quod nũq̃ faceret nisi qz in ipa fraterna dilectione vult intelligi deum. Apertissime eñ in eadem epistola paulo post ait. Jta dilectissimi diligam⁹ inuicem. qz dilectio ex deo est. et omis qui diligit ex deo natus est: et cognouit deuz. Qui non diligit: non cognouit deuz. quia deus dilectio est. Jsta contextio satis aperte declarat eandẽ ipam fraternam dilectionem. Nam fraterna dilectio est qua diligimus inuicem. non solum ex deo: sed etiam deum esse tanta autoritate predicari. s. Johannis. Cum g̃ de dilectione diligim⁹ fratrem. de deo diligim⁹ fratrez. nec fieri põt vt eandem dilectionẽ non p̃cipue diligamus q̃ fratrem diligim⁹. qm̃ deus dilectio est. Jtẽ q̃ non diligit fratrẽ: non est in dilectione. et q̃ nõ est in dilectione: nõ ẽ in deo. qz deus dilectio est. Ecce apte dixit fraternam dilectionem deũ esse.

Idem

q̃ fraterna dilectio cum sit deus. non est pater vel filiꝰ. sed spũssanctus. d

Cũ autez fraterna

dilectio sit deus. nec pr̃ est nec filius. ꝫ tm̃ spũssanctus. q̃ ppꝛie in trinitate dilectio vl̃ charitas dicit. Eñ Aug⁹. in. xv. li. de tri. Si in donis dei nihil est maius charitate. et nullũ est maius donum dei q̃ spũssctũs. q̃d ꝓsequẽtiꝰ est q̃ vt ipe sit charitas q̃ deꝛ et deꝰ et ex deo. Jta eñ ait Joh̃. Dilectio ex deo est. Et paulo post. Deꝰ dilectio est. Ubi manifestat eam se dilectionem dixisse deũ quã dixit ex deo. deꝰ g̃ ex deo est dilectio. Jtem in eodẽ. Jobes volens de hac re aptius loqui. Jn hoc intq̃ cognoscim⁹: qz in ipo manemus: et ipe in nobis. qz de spũ suo dedit nobis. Spũs itaq̃ sctũs de quo dedit nob̃ facit nos in deo manere. et ipm̃ in nobis. hoc aũt facit dilectio. Jp̃e ẽ g̃ deꝰ dilectio. Jp̃e igit̃ significat̃ vbi legit̃. deꝰ dilectio est. Ex his aparet q̃ spũssanctus charitas est. Augusti.

q̃ nõ ẽ dictuz p̃ cãm illud. deꝰ caritas est. sicut illud. tu es patiẽtia mea et spes mea. e

Sed ne forte aliq̃s

dicat illud esse dictum p̃ exp̃ssionem cause Deꝰ charitas est. s. q̃ charitas sit ex deo. et nõ sit ipe deꝰ. sicut dꝛ. Deus nr̃a patiẽtia ẽ et spes. nõ q̃ ipe sit ista. ꝫ qz ista ex deo sũt. Occurrit Aug⁹. ostendens hoc nõ esse dictum p̃ causam sicut illa in. xv. li. de trini. ita dicens. Non dicturi sumus charitatez non ꝓpterea esse dictam deum: q̃ ipa charitas sit vlla substantia que dei dig̃ sit nomine. sed q̃ donum sit dei: sicut dictum est deo. Tu es patientia mea. Non vtiq̃ ido dictum est. tu es patientia mea. q̃ dei substantia est nostra patientia. sed quia ab ipso nobis est. Unde alibi. Ab ipo est patia mea. Hũc eñ sensum facile refellit scpturarum ipa locutio. Tale est eñ. Tu es patia mea. quale est. Domine spes mea. et Deus meus misericordia mea. et multa silla. Non est autem dictum. Domine charitas mea. aut tu es charitas mea. aut deus charitas mea. Sed ita dictũ est: Deus charitas est sicut dictum est. deus spũs est. Hoc q̃ non discernit intellectuz a domio: nõ expositio-

nem querat a nob. Non aptius q̃cq̃ possumus dicere. Deus ḡ charitas est. Ex p̃dictis claresçit q̃ spũssanctus charitas est qua diligimus deũ ⁊ primum. vñ faciliꝰ est nobis ostendere quõ spũssanctꝰ mittaꝫ siue detur nobis.

Quõ spũssanctus mittaꝫ vel detur nobis. f

Tunc enĩ mitti vel

dari dicit: cũ ita in nobis est: vt faciat nos diligere deũ ⁊ primũ. p̃ qõ manemus in deo. ⁊ deus in nobis. Vñ Augꝰ. hũc missionis modum insinuãs in. xv. li. de trini. ait. Deus spũssanctus q̃ p̃cedit ex deo cuz datus fuerit homi: accendit eũ ad diligendum deũ ⁊ primũ. ⁊ ipe dilectio est. Non enĩ habet hõ vnde diligat deũ: nisi ex deo. Ecce quõ daꝫ vel mittit nobis spũssanctꝰ fm q̃ dicit datum siue donum. Ad̃ donũ cõmendat Augꝰ. explanans aptiꝰ quõ detur in eodem li. Dilectio inquit dei diffusa est in cordibus nr̃is. vt ait aplus p̃ spũmsãctum qui datus est nobis. Nullum est isto dono dei excellentius. Solum est qd̃ diuidit inter filios regni ⁊ filios p̃ditiõis. Bãtur ⁊ alia p̃ spũm munera: sed sine charitate nihil p̃sunt. Nisi ergo tñ impartiaꝫ cuiq̃ spũssanctus: vt eum dei ⁊ primi faciat amatorem. a sinistra non trãsfertur ad dexteram. Neq̃ spũssanctus p̃prie d̃r ⁊ donum nisi p̃pter dilectionem. quam qui nõ habuerit: ⁊ si loquaꝫ oĩbus linguis: ⁊ habuerit p̃phetiam ⁊ oẽm sciam ⁊ omnez fidem. ⁊ distribuerit sb̃am suam. ⁊ tradiderit corpus suũ ita vt ardeat: non ei p̃dest. Quantũ ḡ bonum est: sine quo ad eternaz vitã neminẽ tanta bona p̃ducũt. Ip̃a ẽ dilectio vel charitas: nam vni⁹ rei nomen est: vtriq̃ p̃ducit ad regnum. Dilectio ergo que ex deo est. ⁊ deus p̃prie spũssanctꝰ est. p̃ quem diffundit in cordibus nr̃is deꝰ charitas. p̃ quam nos tota inhabitat trinitas. Quo circa rectissime spũssanctus cuz sit deus: vocaꝫ etiam donum dei. Ad̃ donum p̃prie q̃d nisi charitas intelligendum est: q̃ p̃ducit ad deũ. ⁊ sine qua q̃libz aliꝺ dei donũ nõ p̃ducit ad deũ. Ecce hĩ aperitur quod supra dictũ erat. s. q̃ caritas sit spũssanctus: ⁊ donum excellentius. ⁊ quõ hoc donum. i. spũssanctus deꝫ nobis. s. cũ ita impartit alicui. i. ita habet cẽ in aliquo vt eum faciat dei ⁊ p̃rimi amatorem. Ad̃

Augusti.

Quõ spũssanctus deꝫ: hic notaꝫ.

cum facit: tunc aut dari dicit siue mitti alicui. ⁊ tunc ille dicit p̃prie habere spiritũ sanctum.

Utrũ cõcedẽdũ sit q̃ spũssanctus augeaꝫ in hoĩe. vel magis vel minus habeaꝫ vel deꝫ.

Hic queritur si ca-

Nichil iquit patre minus habet ille qui dicit. Omnia que hz pater mea sunt. Nam si minus habet i potestate aliq̄d q̄ pater. non sunt eius omnia q̄ hz pater. Sed eius sunt omia que habet pater. tantam ḡ habet potestatē filij quantam pater. Equalis ergo est patri. Nō em̄ potest qui accipit inequalis esse ei q̄ dedit. Tu aūt hoc de potentia sapis: q potēs sit filius. sed potentior pater. vt ꝑm doctrinā vestram potens potentem potuerit generare vel gignere. z nō omnipotens omipotentem. Habet ḡ pater omnipotentiā quaꝝ non hz filius. z si hoc est: falsum est qō ait filius. Omnia q̄ habet pr̄ mea sunt. Nichil ponit fal sam: traditōz hereticī.

Hoc verū fatebat' hereticꝰ exquo ꝓgrediebat' ad falsa. c

Sed inquis. pater a nemine potentiā accepit. filius aūt a pr̄e Fatemur z nos filiuz accepisse potentiam ab illo de quo natus est potens. patri vō potentiam nullus dedit. q; nullus eum genuit. Gignendo em̄ dedit pr̄ potentiā filio Sicut oia que habet in sba sua: gignendo dedit ei quem genuit de suba.

Questio Augustini qua artat hereticum. d

Hz queritur vtrū ei tantam: quanta ipsi est potentiā pater filio dederit: an minorē? Si tm̄ nō solū potētem. sed etiā omnipotentē genuisse omipotens intelligit'. Si vo minorem. quō omia que habet pater filij sunt. Si pr̄is omnipotentia filij non est. nō oia ꝓculdubio q̄ habet pater filij sunt. At oia filij sunt. omipotentia ḡ patris etiaz est filij. Non est ḡ pat̄ potentior filio.

Aliter ꝓbat filiũ equalẽ patri. e

Itẽ alio modo ꝓ

bat filiũ equalem patri ꝫ Maximinus ita dicens. Tu dicis q̃ pr̃ genuit filiũ minorẽ seipo. in quo ꝛ pr̃i derogas. q̃ si filium vnicum minorẽ genuit. aut nõ potuit. aut non voluit gignere eqlem. Si dicis q̃ non voluit. eũ inuidũ esse diristi. Si aũt nõ potuit: vbi est ꝺ potentia dei pr̃is. ¶ Porsus ad hunc articulũ res colligit. vt deus pat̃ equalem sibi gignere filiũ: aut nõ potuerit aut noluerit. Si non potuit: infirmus. Si noluit inuidus inuenit̃. Sed vtrunq̃ hoc falsum est. ¶ patri g̃ filius verus equalis ẽ. Genuit g̃ pr̃ sibi eqlẽ filiũ. ꝛ ab vtroq̃ ꝓcedit vtriq̃ equalis spũssanctus. Si em̃ formam suã (vt ait Aug⁹. ꝫ eundem) pater in vnico filio plenã gignere potuit. nec tamẽ plenam genuit: ꝟ minorẽ. cogimini patrez inuidum dicere. ¶ plenũ g̃ deũ: ꝛ eqlez sibi genuit filiũ.

Si aũt pr̃ nõ potuit vel nõ voluit gignere eqlez filiũ: infirmus vel inuidus inuenitur.

Augusti.

¶ Per simile oñdit q̃ non minorez pater filium genuit. f

Hoc autẽ per simi

litudinem humanã ita esse demõstrat: inq̃ens. ¶ Hõ pr̃ si potuisset: eqlem filiũ genuisset. Quis g̃ audeat dicere: q̃ hoc omnipotens nõ potuit. Addo etiam. Si posset hõ maiorẽ meliorẽq̃ seipo gignere filiũ. Sz maius vel melius deo quicq̃ esse non põt. Deus g̃ cur non equalem (vt ais) filiũ genuit. cui nec anni necessarij fuerunt. ꝑ q̃s adimplet̃ equalitas: nec omnipotentia defuit. An forte noluit: ergo (qđ absit) inuidit. Sed nõ inuidit. equalem g̃ genuit filiũ Credamus g̃ filiũ ei esse equalem.

Opinionem hereticí ponit vt destruat. g

Sed forte dicis eo

ipo pr̃ est maior filio. q̃ de nullo genitus. genuit tñ equalem: Ad quod cito respondebo. imo ideo non est pater maior filio: q̃ equalem genuit. Origínis em̃ questio ista est: q̃s: de quo sit. Equalitatis aũt qualis aut quantus sit. qđ est dicere. Ad originẽ ꝓtinet questio qua querit̃ q̃s: de quo sit. ad eqlitatem vo illa qua querit̃. qual̃ aut quantus q̃s sit. Nec cum dicit̃ filius a patre genitus: ostendit̃ inequalitas sbe. ꝟ ordo nature. non quo alter ꝓior esset altero. ꝟ quo alter est ex altero. Nõ g̃ ꝟm hoc q̃ pater genuit: ꝛ filius genitus est. vel spũssanctus ab vtroq̃ ꝓcedit: equalitas vel ineqlitas ibi exístit. q̃ non ꝟm ꝺ alia ꝓsona a ꝙ equalis vel inequal̃ dicit̃. Ecce equalitas trinitatis: ꝛ vna eade. nq̃ sba. q̃tum breuiter potuimus demonstrata est in supioribus. qualiter. ſ. aliqua triũ ꝓsonarũ quãlibet alia nec eternitate: nec magnitudie: nec potentia excellat.

Dic soluit obiectionem.

Ista est distinctio vicesima. In q̃

magíster ostensa equalitate magnitudinis diuinarũ ꝓsonarũ in essendo: ostendit eqlitatem ptãtis earundem in opando. Et diuidit̃ in tres ptes ꝟm tres rationes q̃bus ꝓbat intentum. Prima ps est a principio distinctionis vsq̃ ibi. Item alio mõ ꝓbat. Secũdum ab inde vsq̃ ibi. Hoc aũt ꝑ similitudinem. Tertium vsq̃ ad finem distinctionis. In spẽali sententia mgri stat in vnica ꝓpositione. Patrem ꝛ filiũ ꝛ spiritumsanctum in omnipotentia coequari tribus rationibus potest catholice ꝓbari. Quarũ rationum ꝑma fundat̃ sup̃ autoritate euangelica. Scda super diuina diuisione immediata. Tertia super similitudine in generatione humana. Prima ratio fundatur super autoritate Johannis. xvij. vbi dicit. Omnia dedit mihi pater. i. quicq̃d pater habet dedit mihi. sed pater habet omnipotentiam. igit̃ dedit eã filio. ꝛ ꝑ consequens ꝓsone sunt equalis potentie. ita q̃ omnes tres non sunt plus ꝙ quelibet earũ ꝑ se. Secunda ratio fundatur super diuisione immediata sic Si pater non genera sset filium sibi equalez in omni potẽtia. aut ergo hoc esset. q̃ potuit: sed noluit. aut q̃ voluit: sed nõ potuit. sed vtrũq̃ istorũ est falsum igit̃ illud ex eo sequit̃. Et hoc est oppositũ ꝓpositionis ꝑmisse. igit̃ ꝓpositio ꝑmissa est vera. Tenet argumentũ ꝛ maior. Sed minorem ꝓbat magíster i textu sic. Nã si deus potuit filiũ generare sibi eqlem ꝛ noluit. tunc inuidus fuit non dando filio quod naturalis ꝓprietas requisiuit. Si voluit ꝛ non potuit: tunc ipe pater infirmus fuisset ꝛ non omnipotens. sequitur ergo q̃ pater voluit ꝛ potuit. imo generauit filium in omnipotentia sibi equalem. Tertia ratio fundatur super similitudine in generatione naturali reperta. ꝛ est ista. Deus pater est. ꝛ non minus cõmunicatiuus generando filium deum q̃ hõ generando filiũ hoiem. sed hõ pater si potuisset: equalez sibi filiũ genuisset. igit̃ deus qui summe potuit: equalem sibi filium genuit. igit̃ ꝛc.

Querit̃ quõ posset dici sol⁹ pater vl̃ solus fili⁹ vl̃ solus spũssanctus cum sint inseparabiles. a

Hic oritur que

DI. XXI

stio trahens originem ex predictis. Dictũ est em̃ supra q̃ tantus est solus pater: vel solus filius. vel solus spũssanctus: q̃tum simul illi tres. et q̃

Augusti. due vel tres ꝑsone sit nō sunt mai⁹ aliquid ꝙ vna ꝑsona sola. Jō querit Aug⁹. in. vj. li. de tri. Quō ħ sane dici ꝑñt. cum nec pat sit solus. nec filius. nec spūssanct⁹. Sz sp et insepabilit. ⁊ filius cū ꝑre. ⁊ ꝑ cuz filio. ⁊ spūssanct⁹ cū vtroꝙ. Jnsepabiles em̄ sunt he tres ꝑsone. Ad qđ ita rn̄det Aug⁹. i eodem. Solū deum ꝑrem dicim⁹. nō quia sepat a filio vel a spūsancto. ꝧ hoc dicētes significam⁹. qz illi sit cū eo sunt ꝑ. Solus em̄ ꝑ pater est. qđ nō ꝺz qz ipe sit solus. i. sine filio vel spūsancto. sed ꝓ ħ filio⁹ vel spiritussanctus a paternitatis cōsortio excludunt. Jta ⁊ cū ꝺz. solus filio⁹ filio⁹ est. vel solus spūssanct⁹ spūssanct⁹ ē. nō diuidit filio⁹ a ꝑre. vel spūssanct⁹ ab vtroꝙ. sed a cōsortio filiat ꝓpetatis excludunt ꝑ ⁊ spūssanctus. ⁊ a cōsortio ꝓcessibilit ꝓpietatis ꝑ ⁊ filius. Cum ꝝ ꝺz. tant⁹ est solus ꝑ: ꝙtū simul illi tres. ꝓꝺer hoc ꝙ ꝺz solus: nō sepat ꝑ ab alijs. sed hic est sensus. Solus pat. i. ꝑ q ita ꝑ est. ꝙ nec filius nec spūssanctus tantus est ⁊c. Silr intellige cū ꝺz. sol⁹ est filius. vel solus est spūssanct⁹. Solus ꝝ pat ꝺz. vt ꝓait Aug⁹. in eodem. qz nō nisi ipe ibi ꝑ est. ⁊ solus filio⁹. qz nō nisi ipe ibi filio⁹ est ⁊ solus spūssanctus: qz nō nisi ipe ibi spūssanctus est.

Augusti. Qz nō ꝺz sol⁹ ꝑ deus est.

Qꝛ ꝑ nō est tđē solus de⁹ sed trinitas

Utrū possit dici sol⁹ pater est de⁹ solus filio⁹ est de⁹. vel solus spūssanctus est de⁹. vel pater ē sol⁹ deus vel filius est solus de⁹. vl spūssanctus est solus deus. b

Post hec queritur

Utrū sicut ꝺz. solus ꝑ est ꝑ. vl solus filio⁹ est filio⁹. ita possit dici. solus ꝑ est de⁹. vl solus filius ē de⁹. ita ⁊ de spūsancto. Aut ꝑ est solus de⁹. filio⁹ est solus de⁹? Ad qđ dicimus. qz ꝑ ⁊ filius ⁊ spūssanctus ꝺz etiam vnus de⁹. ⁊ ħ trinitas sit ꝓpe dicit esse solus deus: sicut solus sapiēs. solus potens. Sed nō videt debere dici a nob vbis nostris vtentib⁹: nisi vbi ꝓmo auctoritatibus occurrit. sol⁹ ꝑ ē de⁹. vl ꝑ est sol⁹ de⁹. ita de filio ⁊ spūsācto dicim⁹. Un̄ aug⁹. in. vij li. de tri. ait. Un̄ ostendim⁹ quō posset dici solus ꝑ vel solus filio⁹: considerāda est illa sntia q̄ dicit. Nō esse solū ꝑrem deū vez solū. ꝧ ꝑrem ⁊ filiū ⁊ spūmsanctū. Ecce habes qz nō solus ꝑ dicendus est esse verus deus. Jtē in eodē. Si q̄s interrogat. ꝑ solus vtrū sit de⁹? Quō respōdebim⁹ nō esse nisi forte dicam⁹ ita esse q̄dē ꝑrem deū. sed nō cū esse solū deū. Esse aūt solū deū dicamus ꝑrem ⁊ filiū ⁊ spūmsanctū. Ecce et ħ habes. qz ꝑ non debet dici solus deus atq ħ solū in ꝑte subiecti tm̄ accipe quidam volūt. Jn ꝑte vo ꝓdicati si sic concedūt ꝙ ꝑ est, solus deus. Sz ex vbis Aug⁹. vidz ostendi: ꝙ ꝓpe solus de⁹ dici debeat tota trinitas. Et ħ trinitas (vt ait Aug⁹. cōtra Maximinū) intelligit. cuz apls dic. Beatus ⁊ solus potens. ⁊ ibi. Soli sapiēti deo. ⁊ ibi. Jnuisibili soli deo. Nō em̄ de solo patre hec accipienda sunt. vt ꝓtēdebat maximinus ⁊ alij heretici. ꝧ de trinitate. Sicut ⁊ illud. Solus hz immortalitatē. qz ꝧm rectam fidem ipa trinitas est vnus solus de⁹ beatus. potēs. sapiēs. inuisibil. Un̄ aug⁹. in eodem. Cū vnus de⁹ sit trinitas. hec sit nobis solutio questionis: vt intelligamus solū deū sapientē. solum potentē. ꝑez et filiuz ⁊ spūmsanctū. q̄ est vnus ⁊ solus de⁹. Augusti

Quō dicit trinitas solus de⁹. cū ipsa sit cū spiritib⁹ et animab⁹ sanctis. c

Sed iterum queri

tur. quō ipam trinitatē dicim⁹ solum deuz cū sit cū spiritib⁹ ⁊ aiabus sanctis? Ad qđ rn̄det Aug⁹. in. vj. li. de tri. ita dicens. Trinitatē dicim⁹ deū solū: q̄uis sp sit cū spiritibus ⁊ aiabus sanctis. sed solū dicim⁹. q̄a nō aliud ꝝ ipa trinitas de⁹ est. Nō em̄ illi cū illa de⁹ sunt vel aliq̄ alia. ꝧ ipa trinitas tm̄. nō illi vel alia deus est. Augusti

Et si de ꝑre solo ꝓdicta ꝺicerētur. nō tamen excluderet filius et spiritussanctus. d

Verūtamē vt ait

Aug⁹. ⁊ si de solo ꝑre ꝓdicta ꝺicerent: non tm̄ excluderet filius vel spūssanctus. qz hi tres vnū sunt. sicut in Apocal. de filio legitur ꝙ hz nomen scriptum qđ nemo scit nisi ipe. Nō em̄ inde sepat ꝑ vel spūssanctus Et cum dicit. Nemo nouit patrem nisi filius. nō inde sepat pater ⁊ spūssanct⁹. qz in sepabiles sunt. Aliq̄n etiam nominant pater ⁊ filius ⁊ tacet spūssanctus. vt veritas ad patrem loquens ait. Ut cognoscant te ⁊ quem misisti Jesum xp̄m esse vnū deū. Cur ergo (inquit Aug⁹.) tacuit de spi Augusti.

ritusancto? Quia consequens est vt vbicũ q3 nominat vnus: sicut pater ⁊ filius. tanta pace vni adherens intelligat. etiam ipa par. q3uis nõ cõmemoret. vno g̃ isto3 nominato etiam reliqui intelligunt. qõ i pluribus scp̃ture locis occurrit.

Ista est distinctio vicesimaprima

In qua quidem distinctione mgr̃ post̃ declarauit equalitatem magnitudinis diuinarũ psonar̃ i esse ndo. ⁊ similiter equalitatem potestatis in operando. Consequent declarat qualit dictiones exclusiue dicunt de deo. Et tria circa hoc facit. Nam p̃mo inquirit an termini p̃sonales de psonalibus cum dictione exclusiua dicant. Scõdo an termini essentiales de psonalibus cũ exclusione vere dicãt. Tertio dat quẽdam modũ generalẽ: quõ p̃dicta sanius intelligant Primũ fac vsq3 ibi. Post hec querit. Scõm vsq3 ibi Verũtamen vt ait Aug⁹. Tertiũ vsq3 ad finem distinctionis. In speciali snia mgr̃i stat in tribus ppositionibus. quarũ p̃ma est. Concedende sunt ppositiones in q̃bus termini psonales de psonalibus terminis cũ dictione exclusiua sumptis p̃dicant. Istam ppositionem mgr̃ pbando inq̃rit. Cũ dictũ sit q3 tantus sit solus pater vel solus filius: q3i sunt illi tres. quõ est inteligendũ cum dicit solus pater. vt solus filius. cum non sit pr̃ sine filio. nec filius sine patre. Rñdet q3 p hoc nõ excludit vna psona ab alia. sed ppetas relatiua notat ibi cõuenire vni. ita q3 nõ alteri. Ũa sensus est. Solus pr̃. i. qui ita est pr̃ q3 non filius. Similiter solus filius. i. q̃ ita est fili⁹ q3 nulli alteri cõuenit filiatio diuina. Scõa ppositio est hec. Negande sunt ppositiões in q̃bus de termis psonalibus termini essentiales cũ exclusione affirmant Hanc pbans querit de istis ppositiõib⁹. solus pr̃ est deus. vel spũssanct⁹ est solus deus. nec etiam ista est concedenda. Pr̃ est solus de⁹. vt filius ẽ sol⁹ de⁹ q3 esse solũ deũ toti conuenit trinitati: ⁊ nõ solum vni psone. Tertia ppositio est hec. Persone diuine sunt tante coherentie q3 vna earũ nõ exprimit. nisi alie cointelligant. Hanc ppositionẽ pbat mgr̃ autoritate beati Augustini. igit ⁊c.

De noim differentia quibus vtimur loquentes de deo. a

Ol. XXII.

Post p̃dicta nobis differendum videt de nominum diuersitate: quibus loquẽtes de vnitate ac trinitate ineffabili vtimur. Deinde demonstrandũ est quibus modis de ea aliquid dicat. Illud g̃ p̃cipue teneamus: quedam esse nomina distincte ad singulas psonas ptinentia. vt ait Aug⁹. in. ix li. de trini. que de singulis tm̃ dicunt psonis. Quedam vo vnitatem essentie significantia sunt: que ⁊ de singulis singulatim. ⁊ de omnibus cõmuniter dicunt. Alia vero sunt que translatiue ac p similitudinem de deo dicunt. Unde Ambro. in. v. li. de tri.

Ambro.

ait. Quo purius niteat fides: triptita videtur deriuanda distinctio. Sunt em̃ nomia quedam que euidenter ppietatem personam q3 deitatis ostendunt. Et sunt quedaz que pspicuam diuine maiestatis exprimunt veritatem. Alia vo sunt que translatiue ⁊ p similitudinẽ de deo dicunt. Proprietatis at3 indicia sunt: generatio. filii⁹. vbuz. ⁊ hmõi. Unitatis vo eterne sapia. vt⁹. veritas ⁊ hmõi. Similitudinis vo splendor character speculũ ⁊ hmõi.

Premissis addit quedã esse noia que tpaliter deo conueniũt et relatiue dicunt. b

His adiiciendus ẽ

quedam esse nomina (vt Aug⁹ ait. in. v. li. de tri.) que ex tpe deo cõueniũt. ⁊ relatiue ad creaturã dicunt. quorũ q̃dam de oibus dicuntur psonis. vt dñs. creator. refugium. Quedã aũt non de oibus. vt donatus. datus missus. Augusti.

De hoc nomine trinitas addit. c

Preterea est vnus

nomen quod de nulla psona singillatim dr̃ sed de omibus simul. i. trinitas quod non dicit sm̃ sbam. sed quasi collectiuũ pluralitatem designat psonarũ.

De alijs nominibus que tpaliter deo congruunt. et non relatiue dicuntur. d

Suntetiã quedaz

nomia que ex tpe deo cõueniut. nec relatiue dicunt. vt humanatus. incarnatus. et hmõi. Ecce sex noim differentias assignauimus: q̃bus vtimur loquẽtes de deo. de q̃bus singulis agendum est.

q illa nomina que ad singulas ptinent psonas ppie relatiue dicũt ea vero que vnitatẽ essentie significant ad se dicũt. et de singul. et de oib⁹ cõmuniter dicunt psonis et singulariter nõ pluraliter in sũma accipiunt. e

Scienduz est ergo q illa que ꝓpe ad singulas psonas ptinẽt: relatiue ad inuicem dicunt. sicut pat et filius. z vtriusq donũ spũssanctus. Ea vo que vnitatez essentie significant ad se dicũtur: z ea que ad se dicunt: substantialiter vtiq dicunt. z de oibus cõmunit. et de singulis singulatim dicunt psonis. et singulariter non plaliter accipiunt in summa vt deus. bonus. potens. magnus z hmõi. Que aũt relatiue dicunt: substantialit nõ dicunt. Unde Aug⁹. in. v. li. de trini. ait. Augusti. Quicqd ad se dicit: pstantissima illa et diuina sublimitas substantialiter dicit. Qd aũt ad aliqd dicit: non substantialit dicit: sed relatiue. Tantaq est vis eiusdem substantie in patre z filio z spũsancto. vt qcqd de singulis ad seipos dicit: non pluraliter in summa: sed singulariter accipiat. Dicimus enim. pater est deus. z filius est deus z spũssanctus est deus. quod ꝑm substãtiaz dici nemo dubitat. Non tamen dicim⁹ hãc trinitatem esse tres deos: sed vnũ deũ. Ita dicit pater magnus. filius magnus. z spiritussanctus magnus. non tres magni: sed vnus magnus. Ita etiam omipotens pat omipotens filius. omnipotens spũssanct⁹. Non tñ tres oipotentes: sed vnus omipotens. Quicqd ḡ ad seipm dicit deus. et de singulis psonis similiter dicit. z sic de ipsa trinitate nõ pluraliter sed singulariter dicitur. Et qm̃ non est aliud deo esse. z aliud magnum esse. ꝑ hoc idem est illi esse: quod est magnum esse. Propterea sicut nõ dicimus tres essentias: sic ñ dicim⁹ tres magnitudies. ꝑ vnã essentiã z vnã magnitudinẽ.

Qr deo⁹ magn⁹ ẽ ea magnitudine q deo⁹ est. sic de bonitate z de oib⁹ q ꝑm substantiã dicunt. f

Deus eniz non est magnus ea magnitudie q nõ est qd ipe. vt quasi ꝓticeps eius sit. alioqn maioz esset illa magnitudo q deo⁹. Deo aũt nõ est aliqd maius. ea ḡ magnitudine magn⁹ ẽ qua ipe est. Ideoq nec tres magnitudies dicim⁹: ꝑ vnã magnitudinẽ. nec tres magnos: sed vnũ magnũ: qz nõ ꝓticipatiõe magnitudinis deo⁹ magn⁹ est. ꝑ seipo mag magn⁹ ẽ. qz ipe ẽ sua magnitudo. Ita z de bonitate et etnitate z oipotentia dei dicẽdũ ẽ. z de oibus ino q de deo pnt pnunciari sbalit. q bus ad seipm dz. nõ trãslatiue ac ꝓ similitudinem: ꝑ ꝓpe. si tñ de illo ꝓpe aliqd dz hois dici põt. Ecce apte docuit q noia vnitatẽ diuine maiestatis significantia. z ad se dicunt de deo. i. sine relatiõe z de oibus psonis cõmunit. z de singul diuisim dicunt. nec plaliter sed singulariter in summa accipiuntur. Illa vo noia que ꝓprie ad singulas ptinent psonas: relatiue non substãtialiter dicunt. Qm̃ ꝓprie singula in trinitate psona dicit. vt ait Aug⁹. in eodem. nullo mõ ad seipm. sed ad aliã inuicem vel ad creaturã dicit. Et ideo relatiue: nõ substãtialiter dici manifestum est. Augusti.

Jsta est distinctio vicesima secunda. In qua mgr pacto tractatu de diuis rebus: incipit agere de diuinis noibus. Et circa hoc duo facit Nam ꝓmo ponit differẽtias diuinoz noim. Secundo subdit regulas ꝓdicationis eoz. Primũ facit a ꝓncipio distinctõis vsq ibi. Sciendũ ẽ ergo. Scõm ab inde vsq ad finẽ distinctõis. In spẽali vo sententia mgri stat in vna ꝓpositiõe. cui mgr annectit duas regulas. Propositio ẽ hec. Noia de deo dicta inueniunt in septuplici dra. Hanc mgr deducit exẽplariter dicẽs. q ḋam sunt noia notionalia: seu ꝓpietates psonales exꝑmẽtia. vt generatio. xbũ. donuz. pr. filius. spũssanct⁹. Quedã essentialia seu vnitatẽ essentie referentia. vt deo⁹. deitas. sapia. potẽtia. bonitas. magnitudo. xtus z suba. Quedã trãssumptiua. i. ꝑm similitudinẽ de deo ꝓdicata. vt splẽdor. candor. lux. speculũ. leo. agnus z similia. Quedam tpalia seu deo solũ ex tempe ꝓuenientia. z hoc dupliciter vel in respectu ad creaturã relatione extrinseca. vt dñs. creator. refugiũ. redemptor. saluator. z hmõi Uel in respectu ad creaturas relatione tñ intrinseca. vt incarnatus. humanatus. Et est aliud nomen qd solũ de omnibus psonis simul z de nulla singulatim dicit. quod ꝑm relationem dicit intrinsecã. qz in se claudit terminos sue relatõis. vt hoc nomen trinitas. Hmõi noim diuinoz septuplicem dram ponit mgr in textu. vt dicit ꝓpositio ꝓdicta. quam veraz esse reputo. Pria harũ regularũ est q noia ꝓpa ad singulas psonas ptinentia: non substantialit sed relatiue dicunt. Patet: qz non põt dici. pater est filio⁹. aut filius est pater: aut pater z filius sunt spũssctus. z ecõuerso. que est ꝓdicatio absolute essentialis z substantiua. Sed bñ dicit. pater est filij pater. filius est patris filius. que est ꝓdicatio relatiua. Scda regula est. q nomina ad vnitatem essentie spectantia. vt sapia. bonitas. potẽtia. virtus. magnitudo. z hmõi de singulis psonis singulatim. z de omnibus simul. non relatiue: sed substantialit in singulari z non in plurali affirmantur. Nam bene dicit. Pater est deo⁹. sapientia. potentia. bonitas. magnitudo. virtus. Et similiter de filio z spũsancto z de omnibus simil. Unde bene dicitur. Pater filius z spũssanctus sunt deus. sapientia. bonitas zc. Non aũt pluraliter dici potest. Pater z filius z spũssanctus sunt dij. sapientie. potentie. bonitates. xtutes. igit zc.

De hoc nomine quod est persona qd cum ꝑm substantiam dicat tñ plaliter nõ singulariter in summa accipitur. g

DI. XX
II.

Predictis ad
p
ijciendu3 est: q3 cũ oia noia q
fm sbam de deo dicunt. sin-
gulariť 7 nõ plaliť de oib9 in
summa dicant psonis: vt supra ostẽsum ẽ.
Est tñ vnũ nomen. s. psona. qđ fm substan
tiam dicit de singulis psonis. 7 plaliť nõ
singulariť in summa accipiť. Dicim9 enim
pr̃ est psona. filius est psona. spũssanct9 est
psona. 7 hoc fm subam dicit. Nec tñ dici
tur pr̃ 7 filius 7 spũssanctus sunt vna pso-
na: sed tres psone. Hoc ĝ nomen excipiť a
p̃dicta regula nominũ: q̃ fm sbam de deo
dicunt. quia cum hoc ad se dicat. 7 fm sb
stantia3. pluraliter tñ nõ singulariť in sum
ma accipiť.

Autoritas q3 psona ad se dicat. et
fm substantiam. b

Q3 autem persona
fm sbam dicat Aug9. ostendit in. vij. lib.
de tri. dicẽs. Nõ est aliud deo esse. aliud p
sona esse. fi oino idem. Jtem3 in hac trinitate
cũ dicim9 psonam pris: non aliud dicim9
q̃ sbam patris. Quocirca vt sba pris ipse
pater est. non quo pater est. fi quo ẽ. Jta 7
psona pris non aliud q̃ ipe pr̃ est. Ad se
quipe dicit psona. non ad filiũ vel spiritũ
sanctũ. sicut ad se deus dicit. 7 magnus. 7
bonus 7 iustus 7 hmõi. Et quemadmodũ
hoc illi est esse qđ deum esse. qđ magnũ eẽ.
qđ bonũ esse. ita fi est illi esse qđ psona3 eẽ
Ecce expresse habes q3 psona fm substan-
tiam dicit. vt cum dicit. pater est psona. fi
sit sensus. Spr̃ est diuina essentia. Silr cum
dicit. filius est psona. spũssanctus est pso-
na. i. essentia diuina.

augusti.

q pr̃ nõ eo
q pr̃ quo ẽ.

Cur pr̃ et filio et spũssanct9 non di
cant vna psona et vna substãtia.
et vnus deus. c

Ideo orit hic que
stio difficilq̃dem: fi non inutiliť q̃ q̃riť. Cur
non dicant̃ hi tres vna psona sic vna essen
tia: 7 vnus de9? Quã q̃stionem Aug9. dili-
genter tractat atq3 cõgrue explicat in. vij.
li. de tri. ita di. Cur non fi tria sit vnã pso-
nam dicim9 sicut vnam essentiã 7 vnũ deũ
fi dicim9 tres psonas: cũ tñ tres deos: aut
tres essẽtias nõ dicam9? Quia volum9
vel vnũ aliq̃ vocabulũ quare huic signifi

augusti.

Solutio

cationi q̃ intelligit trinitas. ne oino tacere
mus interrogati: qđ tres essent. cũ tres esse
fateamur. Cũ ĝ querit qđ tres. vt ait Au-
gu. in li. v. de tri. Qđ ag̃ prius inopia hu- Augusti.
manũ laborat eloquiũ. dictũ est tñ tres p-
sone nõ vt illud diceret. fi ne taceret oino.
Nõ em̃ rei ineffabil eminẽtia fi vocabło ex
plicari valet. Ecce oñdit q̃ nẽcitate dicat
plaliť psone. vicz vt hoc vno noie queren-
tibus de tribus respondeamus.

Qua necessitate dictũ sit tres pso-
ne a latinis. et a grecis tres hypo-
stases vel substantie. d

Qua necessitate ñ
solũ a latinis fmo: sed etiã grecus eadẽ pe
ne sup hac re laboras noim penuria coar- Augusti.
tatur. Añ Aug9. qđ a grecis vl latinis ne-
cessitate de ineffabili trinitate dictũ sit ape-
riens in. vij. lib. de tri. ait. Loquẽdi causa
de ineffabilib9 vt fari aliquo mõ possem9:
dictu3 est a grecis. vna essentia: tres sbe. i.
vna vsia: tres hypostases. Aliť enim greci
accipiũt sbam q̃ latini. A latinis autez dic-
tum est vna essentia vl sba: tres psone. q3
non aliter in sermone nr̃o. i. latino essentia
q̃ sba solet intelligi. Et vt intelligat̃ saltez
in enigmate: placuit ita dici. vt cũ querere
tur qđ tria sint. aliqđ diceret: q̃ tria esse fi-
des vera pnũciat. Cũ 7 pr̃em nõ dicit esse
filiũ: 7 spũsctũ. s. donũ dei. nec pr̃em dicit
esse nec filiũ. Cũ ĝ q̃riť qđ tria vel qđ tres.
conferim9 nos ad inueniendũ aliqđ nomẽ
q̃ cõplectamur fi tria. Nec3 occurrit aio.
q3 supeminẽtia diuinitatis vsitati eloquij
facultatẽ excedit. Verius em̃ cogitatur
deus q̃ dicit. 7 verius est q̃ cogitat.

Q de9 verꝝ
cogitat q̃ di-
cat. 7 verꝝ ẽ
q̃ cogitat

Quid hoc noie tres significat. e

Pater ergo et filio
7 spũssanctus. s. quoniam tres sunt. quid
tres sunt queramus. quid cõmune habeãt
Non em̃ possunt dici tres patres. q3 tantũ
pater ibi pater est. nec tres filij. cum nec pa
ter ibi sit filius nec spũssanctus. nec tres spi
ritussancti. quia spiritussanctus ppa signi-
ficatiõe qua 7 donũ dei dicit. nec pater est
nec filius. Quid ĝ tres? Si tres psone esse
dicũt. cõe est eis id qđ psona est. Certe em̃
quia pater est psona. 7 filius est persona: 7

ſpūſſanctus eſt pſona. ideo tres pſone dicunt. ℣ propterea ꝙ dicimus tres pſonas. qz cōmune eſt eis id qđ pſona eſt. Ex p̄ dictis apte intelligi poteſt: qua neceſſitate dictū ſit a latinis tres pſone: cū pſona ſm ſbam dicat. Unde ꝛ tribus cōmune eſt id qđ pſona eſt. i hoc nomen pſona.

Quare nō dicim⁹ tres deos eē patrem et filiū et ſpūmſanctū. vt dicimus tres pſonas. cū id qđ deus eſt ſit eis cōmune qz pater eſt de⁹. et filius eſt deus. et ſpiritusſanct⁹ eſt deus. f

Sed queritur hic

cum dicamus patrem ꝛ filiū ꝛ ſpūmſanctū eſſe tres pſonas. qz cōmune eſt eis qđ pſona eſt. i. quia pater eſt pſona. ꝛ filius eſt pſona. ꝛ ſpūſſanctus eſt pſona. cur nō dicamus ſimilit tres deos. cū ꝛ p̄ ſit deus. et filius ſit deus. ꝛ ſpūſſanct⁹ ſit deus. Quia ſcz illud ſcriptura contradicit. hoc aūt ꝛ ſi non dicit. nō tñ ꝓtradicit. Aūn Aug⁹. hāc mouens queſtionē atq; diffiniēs in li. vij. de trini. ita ait. Si ideo dicimus p̄rem ꝛ filium ꝛ ſpūmſanctum eſſe tres pſonas: qa cōmune eſt eis id quod pſona eſt. cur non etiam tres deos dicimus? Certe vt prędictum eſt: quia pater eſt pſona. ꝛ filius ē pſona. ꝛ ſpūſſanctus eſt pſona. ideo tres pſone dicunt. Quia ꝙ pater eſt de⁹. ꝛ filiꝰ eſt deus. ꝛ ſpūſſanctus deus. cur nō dicātur tres dii. Ecce ꝓpoſuit hanc queſtionē. Attende ꝙd reſpondeat ſubdens. An ideo nō dicunt tres dii: qz ſcptura nō dicit tres deos. Sed nec tres pſonas alicubi ſcripture textus cōmemorat. An ideo licuit loquendi diſputandi ue neceſſitate tres pſonas dicere. nō qz ſcriptura dicit. ſed qz ſcriptura non ꝓtradicit. Si autem dicerem⁹ tres deos: contradiceret ſcriptura dicens. Audi iſrl. deus tuus de⁹ vnus eſt. Ecce abſolutio queſtionis: quare potius dicam⁹ tres pſonas ꝙ tres deos. qz. ſ. illud non contradicit ſcriptura.

Augusti.

Alia queſtio cur non dicim⁹ tres eſſentias vt tres pſonas. cum ſcriptura non contradicat. g

Verum et hic alia

emergit queſtio quam Aug⁹. cōſequenter annectit dicens. Cur in ℣t ꝛ tres eſſentias non licet dicere. qđ ſimilit ſcptura ſicut nō dicit: ita nō ꝓtradicit? At ſi dicis ꝙ ꝓpter vnitatem trinitatis non dicunt tres eſſentie: ſed vna eſſentia. Quero cur nō ꝓpt eandem vnitatem trinitatis dicat vna pſona ꝛ nō tres pſone? Ut eñ eſt illis cōmune nomen eſſentie. ita vt ſingulus quiſq; dicatur eſſentia. ſic illis cōmune eſt pſone vocabulum. Quid igit reſtat: vt fateamur loquendi neceſſitate a grecis ꝛ latinis parta ꝓ vocabula aduerſus inſidias vel errores hereticorum. Cunq; conaret humana inopia loquendo ꝓferre ad hominū ſenſus. qđ in ſecretario mentis de deo tenet. ſiue ꝓ piam fidem. ſiue ꝓ qualemcūq; intelligentiaz: timuit dicere tres eſſentias. ne intelligeretur in illa ſumma equalitate vlla diuerſitas. Rurſum non poterat dicere non eſſe tria quedam. Quod quia dixit Sabellius in hereſim lapſus eſt. Queſiuit ergo: quid tria diceret? Et dixit tres pſonas: ſiue tres ſubſtantias ſm grecos.

Augusti

Sicut nos dicim⁹ tres pſonas ita greci tres ſubſtantias quas dicūt ypoſtaſes. aliter accipientes ſubſtantiam ꝙ nos. h

Quodeni de perſo

nis ſm nr̄am. hoc de ſubſtātijs ſm conſuetudinem grecorū oportet intelligi. Sic eñ illi dicūt tres ſubſtantias vnā eſſentiaz. id eſt tres ypoſtaſes vnam vſiam. quemadmodum nos dicimus tres pſonas vnaz eſſentiam vel ſubſtantiam. Quanq; ꝛ illi ſi vellent ſicut dicūt tres ſubſtātias tres ypoſtaſes. poſſent dicere tres perſonas tria ꝓſopa. Illud autem maluerūt dicere. qz fortaſſe ſm lingue ſue conſuetudinez aptiꝰ dicit.

Qz in trinitate nō eſt diuerſitas nec ſingularitas vſolitudo. ſed vnitas et trinitas et diſtinctio ꝛ idemptitas. i

Jam ſufficiēter vt

puto oſtēſum eſt: q̄ nēcitate dicam⁹ tres pſonas. ꝛ q̄re nō ſil'r tres deos vel eſſentias qz. ſ. in altero obuiat ſcptura. i alt'o diūſitatis intelligētia. quia ibi nulla penit⁹ eſt di-

uersitas. sicut nec singularitas vl solitudo. sed vnitas ⁊ trinitas. Unde Augustin⁹ in
Augusti. libro. vij. de trinitate ait. Humana inopia
querens quid diceret tria. dixit tres perso
nas vel substantias. Quibus nominibus
non diuersitatem voluit intelligi. sz singu-
laritatem noluit. vt non solum ibi vnitas i
telligatur: ex eo q dicitur vna essentia. sed
Hylari⁹. trinitas ex eo q dicunt tres persone. Hy-
larius quocz in libro. vij. de trinitate ait.
Dominus dicit. Qui me videt: videt ⁊ pa
trem. Cum hoc dicitur: excluditur singu-
laritas. atcz vnici. id est solitarij intelligen
tia. Nam nec solitarium sermo significat. ⁊
indifferentem tamen naturam pfessio do-
cet. Visus est enim in filio pater per natu-
re vnitam similitudinem. Unum sunt enim
natus ⁊ generans. vnum sunt necz vnus.
Non itacz solitarius filius est. nec singula
ris nec dispar. Item in eodē. Sicut in pre
⁊ filio credere duos deos impiū est. ita pa
trem ⁊ filiū singularē deum pdicare sacrile
gium est. Nihil in his nouum. nihil diuer
Augusti. sum. nihil alienum. nihil sepabile est. Be
etiam Augustinus in libro questionū ve-
teris ac noue legis ait. Unus est deus. sed
Ambro. non singularis. Item Ambrosius in libro
de trinitate ait. Quod vnius est substātie:
sep erari non potest. ⁊ si non sit singularita
tis sed vnitatis deus vnus cum dicit. ne-
Ambro. quaqz deitatis trinitatem excludit. Et ido
non quod singularitatis: sed quod vnita-
tis est predicatur. Ecce ex predictis osten-
ditur: qz nec singularis. nec diuersus. nec
vnicus vel solitarius confitendus est de⁹.
quia singularitas vel solitudo personaruz
pluralitatē excludit. ⁊ diuersitas vnitatez
essentie tollit. Diuersitas inducit sepatiōz
Ambro. diuinitatis. Singularitas adimit distin-
ctionem trinitatis. Ideo Ambro. in pmo
libro de trini ate ait. Non est diuersa nec
singularis equalitas. Nec iuxta Sabellia
nos prem filiūqz confundens. Nec iuxta ar-
rianos prem filiūqz secernēs. Pater eñ et
filius distinctionem hñt. sepatōcz no non
habent. Item in eodē. Pr ⁊ filius diuini-
tate sunt vnū. nec est ibi sbe differentia. nec
vlla diuersitas. Alioquin quomodo vnū
Diuerse dicū deū dicim⁹. diuersitas enim plures facit.
ꝯ aliqñ pso Cōstat ergo ex pdictis: qz in trinitate nul-
n. i. distincte. la est diuersitas. si ñ aliqñ in scptura inue-
nitur dictū tres diuerse pone ⁊ hmōi. di-
uersas dicit distinctas.
Et nō oz dici de⁹ multiplex. k

Et sicut in trinita-

tē nō est diuersitas. ita nec multiplicitas. ⁊
ideo non est dicendus deus multiplex: sed
trinus ⁊ simplex. Unde Amb. in. f. lib. de Ambro.
tri. ait. Est in pre ⁊ filio nō discrepans: sed
vna diuinitas. nec pfusum qđ vnū est. nec
multiplex esse pōt qđ indifferens ē. Mul
tiplex itacz deus nō est.

Ista est distinctio vicesima tertia

In qua mgr postq̄ egit de nominibus diuinis gene
raliter. agit de hoc nomie psona specialiter. Et tria
circa hoc facit. Nam pmo excipit hoc nomen perso-
na de regula predicta que de his que substantialiē
pdicantur dabatur. Secundo ostendit q hoc nomē
psona non singulariter: sed plaliter de oibus perso-
nis pdicaē. Tertio ꝯcludit q in diuis nec diuersitas
essentialis nec singularitas, psonalis proprie dicaē
Primū facit vsqz ibi. Ideo oziē. Secundum ab inde
vsqz ibi. Jam sufficienē. Tertiuz ꝯo ab iude vsqz ad
finem distinctionis. In specialis sententia mgri stat i
tribus ꝓpositionibus. quarum pma est. Hoc nomē
persona non psonaliter: sed substantialiter dicē de
diuinis. Probatur sic. Omne nomen quod de diui-
nis predicatur non relatiue sed absolute. hoc est nō
personaliter: sed substantialiter dicitur. sed hoc no-
men persona est huiusmodi. igitur predicatur nō p̄
sonaliter: sed substantialiter. Tenet argumentum ⁊
maior. sed minorem probat magister in textu: excipi
ens hoc nomen psona a regula prius dicta. Secun-
da ꝓpositio est hec. Hoc nomen persona de omni-
bus diuinis psonis simul: non singulariē: sed plura-
liter pdicatur. Et per hoc excipiē a regula data su-
perius in precedente distinctione de nominib⁹ que
substantialiter dicunē in diuinis. vbi dicebaē q noia
que substantialiter dicuntur in diuinis. vel que spe-
ctant ad vnitatem essentie. de qualibet persona si-
gilatim: ⁊ de omnibus simul dicuntur in singulari.
vt sic dicendo. pater ⁊ filius ⁊ spūssanctus sunt tres
persone. que est vera. Sed hec est falsa. Pater et fi-
lius et spūssanctus sunt persona. Tertia ꝓpositio
est hec. In diuinis nec diuersitas substantialis: nec
singularitas psonalis est ponenda ⁊ cōcedenda. Et
probatur ratione sic. Illa in diuinis non sunt conce
denda: quibus concessis tolleretur essentie vnitas:
⁊ psonarum diuersitas. Sed diuersitas substantia-
lis ⁊ singularitas psonalis sunt huiusmodi. igiē non
sunt in diuinis concedenda. vt dicit ꝓpositio ꝓban-
da. Argumentū tenet. ⁊ pmissas ꝓbat magister in
textu. igiē ⁊c.

Quid significeē his nomib⁹ vn⁹ vel vna, duo vel due, tres vl tria trin⁹ vel trinitas, plēs vel plura-litas, distinctio vl distincte, cum his vtimur de deo loquentes. a

Hic diligenter DI. XX
b inquiri oportet. cuz in trinitate IIII
no n sit diuersitas vel singulari-
tas: nec multiplicitas: l solitudo

quid significet his nominibus .s. vnus vel vna.duo vel due.tres vel tria.trin⁹ vl' trinitas.plures vel pluralitas. distincte vel distinctio.cum dicit' vnus deus.due psone vel tres psone.plures persone distincte sunt psone.vel cum dicit' distinctio psonarum.pluralitas psonarum.trinitas personarum ⁊ hmõi. Videmur enim hoc dicẽtes numerorũ quantitates ⁊ rerũ mltitudines vel multiplicitatem in deo ponere. Quid g̃ ista ibi significent:ipo de quo loquimur apiente insinuare curemus.

Magis illa dicunt' ad excludendum ea que non sunt in deo q̃ ad ponendum aliqua. b

Bi diligenter premissis auctoritatum verbis intendimus.vt dictorũ intelligentiam capiamus.magl videtur horũ ꝓborum vsus introductus ratione remouendi atq; excludendi a simplicitate deitatis que ibi non sunt: q̃ ponẽdi aliqua.

Quid p vnũ significet' cum dicit' vnus deus. c

Cum enim dicitur vnus deus:multitudo deorũ excluditur. nec numeri quantitas in diuinitate ponitur tanq̃ diceret'.de⁹ est.nec multi sunt vl' plures dij. Vñ Amb. in li.de tri.ait. Cũ vnũ dicim⁹ deum: vnitas excludit numerum deorũ.nec quantitatẽ in deo ponit. q⁊ nec numerus nec quantitas ibi est.

Ambro.

Quo sensu dicit' vn⁹ est pater. vel vnus est filius. d

Similiter cum dicitur. vnus est pater. vel vnus est filius. et hmõi.ratio dicti hec est q̃ non sunt multi pres. vel multi filij. ita ⁊ de similib⁹. Item cum dicimus plures esse psonas: singularitatem atq; solitudinem excludimus. nec diuersitatem nec multiplicitatem ibi ponimus.quasi diceret'.Sine solitudine ac singularitate psonas confitemur. Unde Hylarius in. iiij. li.de tri. sic ait.Dixit de⁹.Faciamus hoiem ad imaginẽ ⁊ similitudinem nostram.Quero nunc an solum deum sibi locutũ existimes.an hunc ꝓnomen eius intelligas ad alterũ extitisse? Si solum fuisse

Er q̃ intelligẽtia dicant' ꝓsone plres.

Hylarius.

dicis:ipius vocc argueris dicẽtis. Faciamus ⁊ nr̃az. Sustulit em̃ singularitatis ac solitudinis intelligentiã ꝓfessio ꝓsortij. q̃a aliqõ consortiũ esse nõ põt ipi solitario. nec q̃ solitudo solitarij recipit faciam⁹. nec alieno a se diceret nostram. Attẽde lector his verbis ⁊ vide.q⁊ nomine cõsortij pluralitatem significauit. Professio ergo cõsortij est pfessio pluralitatis:quam professus est dicens.Faciamus ⁊ nostrã: pluraliter em̃ vtrunq; dicit'.Sed hac pfessione pluralitatis non diuersitatem vel multitudinẽ posuit.sed solitudinem ⁊ singularitatem negauit.Sic g̃ cum dicimus plures psonas vl' pluralitatẽ psonarũ.singularitatis ⁊ solitudinis intelligentiã excludimus.

Quid p ternariũ significet' cuz dicitur tres persone. e

Ita etiam cuz dicimus tres psonas.nomie ternarij nõ quantitatem numeri in deo ponim⁹. vel aliquã diuersitatẽ:sed intelligentiã.non ad alium nisi ad prem ⁊ filium ⁊ spũmsanctũ dirigẽdam significamus. vt sit huius dicti intelligentia.Tres psone sunt. vel tres sunt pat' ⁊ filius ⁊ spũssanctus.id est. nec tm̃ pater. nec tm̃ filius.nec tm̃ pater ⁊ filius in deitate sunt.sed etiam spũssanctus. ⁊ nõ ali⁹ ab his.Similiter non tm̃ est ibi hec persona. vel illa. vel hec ⁊ illa.sed hec ⁊ illa ⁊ illa:et non alia. Et hoc forte ita intelligẽdũ aug⁹. satis ostendit vbi dicit q̃ illo nomie nõ diuersitatem intelligi voluit.sed singularitatem noluit.

Augusti

Quid p duo cuz dicit' due psone. vel pater et filius duo sunt. f

Similiter cuz dicitur.duo sunt:pat' ⁊ filius . nõ dualitatis quantitatẽ ibi ponimus.sed hoc significamus:q̃ non est tm̃ pater. nec tantũ filius. sed pater ⁊ filius.⁊ hic non est ille. ita et de alijs hmõi.Ita etiam cum dicimus.pat' ⁊ filius sunt due psone.hoc significam⁹ q̃ nõ tantũ pater est psona.nec tm̃ filius est psona.sed pr̃ est psona.⁊ fili⁹ est psona.⁊ hec non est illa.

Ex quo sensu dicit' in psonis distinctio vel persone distincte. g

Cū autez dicimus distincte sint psone. vel distinctio est in psonis. confusionē atq; pmixtionē excludimus. ⁊ hanc nō esse illā significam⁹. Cūq; addimus distincte sunt psone ꝑpetatibus siue differentes ꝑprietatibus. aliā eē hanc psonam. ⁊ aliam illam suis ꝑprietatibus significamus. Et cum dicimus aliā ⁊ aliam non diuersitatem vel alienationē ibi ponimus: ꝫ ꝓfusionem sabellianā excludimus.

Quomodo ibi accipiatur discretio. b

Ita etiā dicuntur discrete psone vel cum dicitur discretio in psonis esse: eandem intelligentiam facim⁹. Eodem eīm modo ibi accipitur distinctio quo discretio. Et congrue dicit ibi esse discretio vel distinctio: non diuersitas vel diuisio siue sepatio. Unde Ambro. in .j. lib. de tri. Non est ipe pater ꝙ filius: sed int pa trem ⁊ filiū exꝑssa distinctio est.

Ambro.

Quō trinitas ibi accipiat. i

Cum vero dicitur trinitas: id significari videt qđ significat cum dicit tres psone. vt sicut non pōt dici pater est tres psone: vel filius est tres psone. ita nō debet dici. pater est trinitas. vt filius est trinitas.

Hoc videtur contrarium esse predictis. k

Hic non est pretermittendū. q cum supra dictum sit deū nec singularem nec multiplicem esse confitēdū idq; sanctorū autoritatibus sit cōfirmatū. In contrariū videt sentire Ysido. dicens. Distinguendū est inter trinitatem ⁊ vnitatem. Est eīm vnitas simplex ⁊ singularis. trinitas ꝙo multiplex ⁊ numerabilis. quia trinitas est trium vnitas. Ecce vnitatē dicit esse singularem. ⁊ trinitatem multiplicē ⁊ numerabilem. Sed ad hoc dicimus: ꝙa singularē accepit sicut ⁊ alij accipiūt vnū. multiplicem ꝙo ⁊ numerabilez sicut alij dicunt trinum.

Ysido.

Ista est distinctio vicesimaquarta. In qua magister ostensa significatiōe burꝰ nominis psona. put sumit ꝑ se: agit de significatiōe eiusdem. put sumit cū termis numeralibus sibi adiūctis Et circa hoc tria facit. Nā ꝓmo ostendit q ꝑ terminos numerales in diuīs excludit multiplicitas substalis. Secundo q ꝑ ipos remouet solitudo psonalis. Tertio q ꝑ eorum distinctionem secludatur confusio psonalis. Primū facit a ꝓncipio distinctionis vsq; ibi Item etiam cuz dicimus. Secundū ab inde vsq; ibi Cum autem dicimus distincte. Tertium ab inde vsq; ad finem distinctionis. Et tm̄ in generali. In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus quarū ꝓma est hec. In diuinis ꝑ nomina numeralia ad vnitatem essentie spectantia solam multiplicitatem excludimus. Hanc magister inuestigat quercendo: quid ꝑ terminos numerales ⁊ nomia ꝑtinentia ad pluralitatem seu multitudinem seu distinctionem in diuinis significet. Nam si vera dicunt de deo. vident suū significatū ponere in deo. Ad qđ respondens magister dicit. q significatio taliū nontinū vel terminorū non admittit in diuinis ad altq̄d ponēdū sed potius remouendū. quod declarat exēplo. Naz cum dicim⁹ deus vnus: vnus pater tm̄. per illuz terminum numeralē vnus nulla quantitas vel numer⁹ in deo ponitur: sed tm̄ deorū aut aliorū excludit pluralitas. Secunda ꝓpositio est hec. Per nomia numeralia pluralitatem exprimentia in diuinis: singularitatē ⁊ solitudinem excludimus psonalem. Hanc mgr̄ ꝓbat ꝑ hoc q dicit. q cum dicit plalitas psonarum: non multitudo ponit: sed singularitas ⁊ simultudo excludit seu tollit. Cum eīm dicimus tres. negamus ibi esse solū duas. Et cum dicimus duas: negamus ibi esse solum vnam. Tertia ꝓpositio est hec. Cum enim psonas diuinas distinctas esse dicimus: tunc earū confusionē ⁊ pmixtionem contra sabellianum excludimus. Hanc ꝓpositionē mgr̄ ꝓbās dicit. q in nomine trinitatis ⁊ discretionis non diuersitas in deo ponit: sed cōmixtio ⁊ confusio negatur. igitur ⁊c.

Quid significat cū dr pluraliter. tres psone vel due psone. a

Preterea considerandum est cum hoc nomē psona (vt predictum est) fm substantiam dicatur: que sit intelligentia dicti cum pluraliter ꝓfertur tres persone: vel due persone. ⁊ cum dicitur. Alia est persona patris. alia est persona filij. alia est persona spiritussancti. Si enim in his locutionibus persone vocabulū essentie intelligētiam facit: plures essentias confiteri videmur: ⁊ ita plures deos. Si ꝙo essētie significationem ibi non tenet. Alia est hui⁹ nominis ratio cum dicitur. ℙater est persona. vel filius est persona. ⁊ alia cum dicit. ℙater ⁊ filius ⁊ spūssanctus sunt tres persone. ⁊ cum dicit. Alia est psona prīs. alia filij. ⁊ hmōi.

Dl. XXV

f

Q videt fm essentiam dici alia est psona patris, alia filij, siue tres psone, vt cum dicit, pater ē psona, filius est psona. b

Augusti.

Persona enim vt

supra ait Aug⁹. ad se dr. t idem ē deo eē psonam qđ esse: sicut idem est ei esse qđ deus esse. Unde manifeste colligit q essentiā diuinam pdicamus dicentes. ꝑ est psona. filius est psona. spūssanctus est psona. id ē essentia diuina. t omnino vnū t idez significatur nomine psone. i. diuina essentia cuz dicit. pater est psona. t filius est psona. qđ significat nomie dei cum dicit. pr est de⁹. filius est deus. Ita etiam idem significat cum dicit. Deus est t e⁹. t deus est persona. Utroq; eñ noie essentia diuina intelligitur. qz vtrunq; fm sbam dicit. Cum vo dicit. pr t filius t spūssanctus sunt tres psone. quid noie psone significam⁹: an essentiam. Hoc eñ videt si suprapositā verba Aug̃. diligenter scrutemur. Supra eñ dixit q ideo tres psonas dicimus. qz id qđ psona est: cōmune est tribus. Et item qz pater est psona. t filius est psona. t spūssctūs est psona. ideo tres psone dicunt. Videt ḡ eandem tenere significationem hoc nomen psona cum dicit tres psone. quā habz cuz dicit. Pater est psona. filius est psona. spiritussanctus est psona. Quia vt ostendit Aug⁹. hoc dicit. i. tres psone ꝓpter illud qz id quod psona est: cōmune est eis. Id ḡ qđ cōmune est eis. i. pri t filio t spūsancto videt significari noie psone: cum dicit tres psone.

Q nole psone id significat cū dr. pr est psona. qđ significat nomie dei cū dr pr est deus.

Aliter etiā videt posse ostendi, q fm essentiā dicat, etiā cū pluraliter pfert. c

Aliter etiam videtur posse ostendi:

q ibi nomie psone significet essentie cum dr tres psone. Ut enim supra dixit Aug⁹. Ea nccitate dicim⁹ tres psonas vt respōderem⁹ ārentib⁹ qđ tres vl qđ tria. Cum ḡ querit qđ tres vl qđ tria. cōuenient rndet cum dicit tres psone. At cum querit. qđ tres vel qđ tria. Ꝑder quid de essentia querit. Non enim inuenit qđ illi tres sint nisi essentia. Si ḡ questioni recte respondemus. oportet vt respondendo essentiam significemus. alioqn non ostendimus qđ tres sint. Si vo rndentes essentiaz significam⁹: ipam essentiā psone noie intelligimus: cum dicit tres psone.

Augusti.

Opinio quorūdam qui putāt essē tiam significari noie psone cū dicimus tres psonas. d

Quibusdam videtur

q noie psone significet essentia: cuz dr tres psone ꝓpterea qz Aug⁹. dicit ideo dici tres psonas. qz cōmune est eis id qđ ē psona. vt sit talis intelligentia. Pater et filius t spūssanctus sunt tres psone. id ē sunt tres id habentes cōmune qđ est psona. id est tres sunt quoruz quisq; est psona. id est essentia. Sed quō iurta hanc intelligētiaz dicet. alia est psona patr̃. alia filij. Et hoc etiam ita volunt intelligere. s. alius est pat̃ t alius est filius. id tñ eōe hñtes qđ ē psona. Et hoc confirmāt autoritate Aug̃. q̃ i vij. lib. de trini. ait. Tres psonas eiusdem essentie. vel tres psonas vnam essentiā dicimus. Tres aūt psonas ex eadē essentia nō dicimus: quasi aliud ibi sit qđ essentia est. aliud quod psona est. Hac autoritate t pmissis conant asserere in pdictis locutionibus nomen psone essentiaz significare. Sz quid respondebunt ad id qđ ipe Aug⁹. in li. de fide ad Petrū dicit. s. q alius est pat̃ in psona siue psonaliter. alius psonaliter filius. alius psonaliter spūssanct⁹. Quō eñ alius psonaliter pater. alius psonaliter filius. alius psonaliter spūssanctus. si ineſſe psonam omnino conueniūt. id est si psona essentie tñ intelligentiā facit. Ideo nob videtur alit̃ hoc posse dici ꝯgruentius iuxta catholicoruz doctoruz autoritates.

Augusti

Q hoc nomen psona triplíciter in trinitate accipit, et hec est vtilis t catholica doctrina de psona et psonis. e

Sciēduz est igitur

q hoc nomen psona mltiplicē intelligētiaz facit: nō vnā tm. Et vt Hylari⁹ ait in li. iij de trini. Intelligentia dictoruz ex causis est assumēda dicendi. qz nō fmoni res: sed rei fmo subiectus est. Discernētes ḡ dicendi cās huj⁹ nois. s. psona: significatiōz distinguimus dicentes. q hoc nomen. s. persona

Hylarius.

ppale fm sbam dicit. 7 essentiã significat. sicut supra ostendit Aug⁹. cum dicit. Be⁹ est psona. pater est psona. Quadã tñ necessitate (vt supra dixit Aug⁹.) translatũ est h̃ nomen: vt pluraliter diceret tres psone cũ quereret. q̃d tres vel q̃d tria. vbi nõ significat essentiã. i. naturã diuinam que cõis ẽ tribus psonis. sed subsistẽtias vl̃ hypostases fm grecos. Greci quipe (vt supra dixit Aug⁹.) aliter accipiunt substantiã. id ẽ hypostasim. aliter nos. Nos enim substantiam dicim⁹ essentiã siue naturã. Personas aũt dicimus sicut illi dicunt sbas. i. hypostases. Si ergo nos ita accipimus psonas vt illi accipiũt sbas vel hypostases. At illi aliter accipiũt hypostases q̃z nos substantiam. aliter ergo nos accipimus psonas q̃z sbam. Cum g̃ dicimus tres psonas: nõ ibi psone nomine essentiam significam⁹ Quid ergo dicimus? Dicimus q⁹ tres psone sũt id est tres subsistentie. s. tres entes. p q̃ greci dicunt tres hypostases.

Augusti. Quid significet cum dicit tres persone tres subsistẽtie vl̃ tres entes non tres essentie.

Ostendit verba Augustini conuenire huic sententie. f

Et hic sensus adiuuatur ex ꝓbis Aug⁹. ꝑmissis si interi⁹ intelligant.

Quia em̃ pater est psona. i. essentia 7 filius est psona. 7 spiritussanctus psona. Ideo dicunt tres psone. i. tres subsistẽtie tres entes. Non em̃ ꝑnt dici tres sbsistẽtie vl̃ entes: nisi singulus eorũ esset psona. i. essentia. Quia g̃ eis cõe est id qõ ẽ psona. i. essentia. Jõ recte dicunt tres psone. i. subsistentie vel sbsistentes. vt sicut essentia que eis est cõis: vere ac ꝓpe est. ita illi tres vere ac ꝓpe subsistentie vel entes intelligant Ideoq; Aug⁹. causas dictorũ discernens. dicit tres psonas esse vnã eẽtiã vl̃ eiusdẽ essentie. nõ ex eadẽ essentia: ne aliud intelligatur ibi esse psona. aliud eẽtia. Tres em̃ psone. i. subsistentie. vna sunt eẽtia 7 vnius essentie. Nõ aũt sunt vna psona vl̃ vnius psone. licet psona fm sbam̃ dicat aliqñ Nam si hoc diceret: ꝓfusio fieret in personis.

Augusti.

Obiectõi illorũ hic rñdet quanitũt ꝓbare psonas fm eẽtiaz accipi. q⁹ rñdem⁹ querẽtib⁹ quid tres vel quid tria. g

Ad hoc autẽ quod illi dicũt: cũ querit q̃d tres vel q̃d tria. de essentia querit. q⁹ nõ inuenitur q̃d illi tres sint nisi essentia. p h̃ volentes nos inducere: vt noie psone essentiã intelligam⁹: cum rñdemus tres psonas. ita dicim⁹. Indubitabiliter verũ est: q⁹ nõ inuenit vnũ aliq̃d qõ illi tres sint nisi essentia. Anũ em̃ sunt illi tres. i. essentia diuina. Unde veritas ait Ego 7 pater vnum sum⁹. Uerũtñ cũ querit: q̃d tres vel q̃d tria. non de essentia q̃rit̃ur. nec ibi q̃d ad essentiã refert. Sed cũ fides catholica tres esse ꝓfiteret. sicut Johãnes in epla canonica ait. Tres sunt q̃ testimoniũ ꝓhibent in celo. q̃rebat quid illi tres essent. i. an essent tres res. 7 q̃ tres res. 7 quo nomie ille tres res significarent. Et ideo loquendi necessitate inuentũ est h̃ nomen psona ad respondendum. 7 dictuz est tres psone.

Quid tres res et quid vna res hic dicit. h

Nõ autez te mouet q⁹ dixim⁹ tres res. Non em̃ hoc dicẽtes diuersarũ rerũ numeꝝ ponim⁹ i trinitate: fita tres res dicim⁹ vt easdẽ esse vnã quandam summã rem ꝓfiteamur. Un̄ Aug⁹. in j. li. de doc. chri. sic ait. Res q̃bus fruẽduz est nos beatos faciũt. Res g̃ q̃bus fruendum est sunt pater 7 filius 7 spũssanctus. Eademq; trinitas vna quedã summa res est. cõmunisq; fruentibus ea. si tamen res 7 non rerum omniũ causa sit. Non em̃ facile potest inueniri nomen quod tãte excellẽtie conueniat: nisi quod melius dicit trinitas h̃ vnus de⁹. Sicut ergo tres res dicũtur. 7 he sunt vna res. ita tres substãtie dicunt. 7 he sunt vna essentia. Ecce ostensuz est que sit intelligentia hui⁹ nois psona cũ dicimus tres psonas.

Augusti.

Ex quo sensu dicat. alia est psona pris. alia filij. alia spũssancti. i

Nũc inspiciamus vtrũ fm eandẽrõez 7 cãm dicat. alia est psona pris. alia filij. alia spũssancti. Quod vtiq; sane intelligi põt. vt sit sensus talis. Alia est subsistentia vl̃ hypostasis patris alia subsistentia filij. alia subsistentia spiritussancti. Et alia subsistentia pater. alia filius. alia spũssanctus.

Quō hec intelligant. alius in persona pater. alius filius. aliꝰ spiritussanctus. k

Deinde queritur. vtrū ſm eandem rationē accipiat cum dr. Alius eſt pr̄ in pſona. alius in pſona filiꝰ. alius in pſona ſpūſſanctus. ſiue alius pſonaliter pr̄. alius pſonaliter filius. alius pſonaliter ſpūſſanctus? Ad quod dicim⁹ quia ꝛ ſi poſſit eodem modo accipi. ꝓgruentius tamen ex ratione dicti alia variat intelligentia. vt hic pſone nomine ꝓpetas pſone intelligatur. vt ſit ſenſus talis. Aliꝰ eſt in pſona vel pſonaliter pater. i. ꝓprietate ſua pater alius eſt q̄ filius. ꝛ filius ꝓprietate ſua alius q̄ pater. ¶Paternali enīz ꝓpetate diſtinguit hypoſtaſis pr̄is ab hypoſtaſi filij. ꝛ hypoſtaſis filij filiali ꝓpetate diſcernit a pr̄e. ꝛ ſpūſſanctus ab vtroq; ꝓceſſibili ꝓprietate diſtinguit.

Q ſm hūc modū etiā in p̄dictis locutionibꝰ p̄ot accipi. l

Hoc etiaz mō ſane p̄ot accipi pſona in p̄miſſis locutōibꝰ cum dr. Alia eſt pſona pr̄is. alia filij. i. alia eſt ꝓprietas q̄ pr̄ eſt pr̄: alia q̄ filiꝰ eſt filiꝰ. alia q̄ ſpūſſanctus eſt ſpūſſanctꝰ. Jta etiā noīe pſone q̄dā ꝓpetates intelligere volūt cū dicunt tres pſone. ß meliꝰ eſt vt ſb̄ſiſtentias vel hypoſtaſes intelligam⁹ cum dicimus tres pſonas. Ex p̄dictis colligit q nomen pſone in trinitate triplicē tenet ratōez. Eſt em̄ vbi facit intelligentiā eſſentie. ꝛ eſt vbi facit intelligentiā hypoſtaſis. ꝛ eſt vbi facit intelligentiā ꝓpetatis.

Iſta ē diſtinctio. iiij. huiꝰ ſecundi libri. In qua magiſter poſtq̄ egit de conditionibus angelorum quo ad ſtatum inchoationis. Agit de cōditionibus eorum quo ad ſtatum cōtinuationis. Et tria facit ſm tres queſtiōes quas mouet. Primo ei inquirit an angeli fuerūt creati beati vl̄ miſeri. Secūdo an angeli mali ſui lapſus fuerunt preſcij. Tertio an omnes fuerunt perfecti creati. Primum facit a principio diſtinctionis vſq̄ ibi. Queritur autē cur Secundum ab inde vſq̄ ibi. Ad hoc autez. Tertiū vero ab inde vſq̄ ad finem diſtinctionis Et tm̄ in generali. In ſpeciali autem ſententia magiſtri ſtat in tribus propoſitionibus quarum prima eſt hec. Angeli propie nec beati nec miſeri fuerūt creati. Hāc propoſitionez magiſter inueſtigans proponit primo Utrum angeli ſunt creati beati vl̄ miſeri. perfecti vl̄ impfecti. Et reſpondet ad primum iſtorum dicens. ꝙ nulli angeli ſunt creati miſeri vel beati. ꝙ non miſeri patet. quia dato ꝙ ſic. hoc videt maxime veruz eſſe de malis angelis. ſed illi nō fuerunt miſeri creati. quia non fuerunt creati in peccato. quod quidem peccatum ſolum miſeria conſequit. ꝙ etiam ipſi demones non fueruut creati beati. patet ex hoc ꝙ non habuerunt certitudinem ſui ſtatus nec ſuum caſum preſciuerūt. Q etiam beati angeli non fuerunt creati beati. patet ex hoc ꝙ ante lapſum nulla fuit diſtinctio bonorum angelorum a malis. ⁊ tam boni ꝙ mali fuerunt incerti ſui ſtatus licet dicat Aug⁹. bonos ſuum ſtatum preſciuiſſe. ⁊ nō malos. qꝺ tamen magiſter dicit beatum Auguſtinum plus dixiſſe inquirēdo ꝙ aſſerendo. Ex predictis infero ſecundam ꝓpoſitionem que eſt. Q angeli videlicet mali ſuum caſum ⁊ boni ſuam confirmationem non preſciuerunt. Patet iſta ꝓpoſitio ex predictis. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Q angeli tam boni ꝙ mali ante confirmatōnem bonorum et lapſum malorum omnem perfectionem pro illo tempore eis congruentem habuerunt. Hanc ꝓpoſitionem probat reſpondendo ad queſtionem talem. ſ. vtrum angeli ſint creati perfecti vel imperfecti. Pro cuius euidētia magiſter ponit triplicē perfectionem. Quarum prima attendit ſm tempus

Secunda ſm naturã. Tertia ſm vniuerſalem omnium bonorum abundantiam. Primã habuerũt omnes angeli mox creati. quia nihil pfectionis cõueniebat eis p illo tempe quod nõ habuerũt. Scõam q̃ iucludit omne illõ cui⁹ natura capax eſt nõ habuerunt mox creati ſed ſtantes in gr̃a acceperũt illã pfectionẽ i gratia ꝓfirmati. Tertiã ꝯo nemo habz nec habere põt pꝛeter ſolũ deũ. Ex qua diſtinctione magiſter ꝓcludit angelos quodãmodo fuiſſe pfecte creatos. ſ. quo ad pfectionem tꝑis illius. et quodãmodo nõ pfectos. ſ. quo ad pfectionem nature. ſed nullo modo pfectos quo ad tertiã perfectionẽ vniuerſalem que includit omnium bonorum abundantiã. Et tantũ in ſpeciali.

De conuerſione et confirmatione ſtantiuz et auerſione et lapſu cadẽtium. a

DI. VOlt hec conſideratio adducit inquirere quales effecti ſint. dũ diuiderent auerſione z ꝓuſione. ꝓPoſt creationẽ nanq̃ mox quidã cõuerſi ſunt ad cratorem ſuum quidã auerſi. Cõuerti ad deũ fuit ei charitate adherere. auerti odio hr̃e vl̃ inuidere Inuidie nãq̃ mater eſt ſupbia. qua voluerunt ſe parificare deo. In ꝓuerſis quaſi in ſpeculo relucere cepit dei ſapientia qua illuminati ſunt. Auerſi ꝯo excecati ſunt. Et illi quidẽ ꝓuerſi ſunt et illumiati a deo gr̃a apꝑoſita Iſti ꝯo ſunt excecati nõ imiſſione malitie ſed deſertione gr̃e a qua deſerti ſũt nõ ita q̃ ꝓius dedita ſubtraheret. ſ. q̃ nũq̃ eſt apꝑoſita vt ꝓuertereñ. Hec eſt g̃ cõuerſio z aũſio qua diuiſi ſunt q̃ natura boni erant. vt ſint alij ſupꝛa illud bonũ per iuſticiã boni alij illo coꝛrupto per culpaz mali. cõuerſio iuſtos fecit. z auerſio iniuſtos. Utraq̃ fuit volũtatis. z volũtas vtriuſq̃ libertatis.

De libero arbitrio bꝛeuiter tangit docens quid ſit. b

Habebant enĩ omnes libex arbitriuz quod ẽ libera poteſtas z abilitas volũtatis rõnalis. ꝓPoterãt em̃ voluntate eligere q̃libet z rõne iudicare. id eſt diſcernere in quib⁹ cõſtat liberũ arbitrium. nec creati ſunt volẽtes auerti vl̃ cõuerti. ſed abiles ad volendum hoc vel illõ et poſt creationem ſpontanea volũtate alij elegerunt malum. alij bonum. et ita diſcreuit deus lucem a tenebꝛis. ſic̃ dicit ſcriptura. i. bonos angelos a malis. z lucẽ apꝑellauit diem. noctẽ vero tenebꝛas. quia bonos angelos gratia ſua illuminauit. malos vero excecauit.

Poſtcreationem aliquid datum eſt ſtantibus per quos conuerterẽtur. nec merito aliquo ſcz gratia cooperans. c

Si autez queꝛitur vtrũ poſt creationem ꝓuerſi aliquid collatum ſit p quod conuerterent̃. i. diligerent deum? Dicimus quia eſt eis collata gratia cooperans ſine qua nõ poteſt pꝛficere rationalis creature ad meritũ vite. Cadere em̃ poteſt p ſe. ſed ꝓficere nõ poteſt ſine gratia adiuuante.

Qua gratia indigebat angelus et qua nõ d

Non indigebat angelus gratia p quaz iuſtificaret̃. q: malus nõ erat. ſ. qua ad diligenduz deũ pfecte et obediendũ adiuuaret̃. Operãs quidẽ gratia dicit qua iuſtificat impius. i. de impio fit pius. de malo bonus. Cooperans vero gratia qua iuuat̃ ad beniuolendũ efficacit̃ et deũ pꝛe oĩbus diligendum z ad operandum bonũ. z ad pſeuerandũ in bono z huiuſmodi de q̃bus poſtea plenius dicemus Data eſt ergo angelis qui perſtiterunt cooperans gr̃a per quã conuerſi ſunt vt deũ p fecte diligerẽt Cõuerſi ergo ſunt a bono quod habebãt non perdito: ad maius bonum q̃ non habebãt. et facta eſt iſta conuerſio per gratiam cooperantẽ libero arbitrio quẽ gratia alijs qui ceciderũt apꝑoſita nõ fuit.

Que ſit gr̃a operãs z que cooperans

An ſit imputandum illis qui auerſi ſunt. e

Ideoq; a quibuſdam dici ſolet nõn eſſe imputanduz illis q̃ auerſi ſunt et nõ conuerſi. quia ſine gratia conuerti non poterant. Sed illa nõ eſt eis data. nec culpa illoꝛuz fuit q̃ non eſt data quia in eis nulla culpa adhuc pꝛeceſſerat. Ad quod dici põt qm̃ quibus apꝑoſita eſt ipſa gratia non fuit ex meritis coꝛum. alioquin iã nõ eſſet gratia. ſi ex merito q̃ eſſet ante gratiam daꝛetur.

Qua culpa gratia non est data eis qui ceciderunt. f

Q vero alijs non

est data: culpa eoꝝ fuit. quia cum stare possent noluerũt quousq; grã apponeret. sicut alij pstiterunt donec illis cadentibꝫ p superbiam eis gratia apposita est. Apte ḡ cadentiũ culpa in hoc dephendi põt. quia licz sine grã nequirẽt pficere quã nondũ acceperant. p id tñ qđ eis collatũ erat in creatõne poterant nõ cadere. i. stare. quia nihil erat qđ ad casum eos cõpelleret. sed sua spontanea volũtate declinauerũt. qđ si nõ fecissent. quod datum est alijs vtiq; daretur et istis.

Q angeli in ipsa confirmatione beati fuerunt. sed vtrum eam meruerunt per gratiã tunc sibi datã ambiguum est. de hoc enim diuersi diuersa sentiunt. g

Hic qri solet vtruz

in ipsa ꝯfirmatõe beati fuerint angeli. z ãñ ipsam beatitudinẽ aliquo modo meruerit Q in ipsa ꝯfirmatiõe beati fuerunt: plures ꝯtestanꝫ autoritates. et ideo p ꝯstanti habendũ est. Utrũ vero p grãm tunc sibi datam ipam beatitudinem meruerunt ambiguum est. Quibusdam em̃ placet q eã meruerunt p grãm quã in confirmatione perceperunt simulq; in eis meritũ z premiũ fuisse dicunt. nec meritũ pcessisse premiũ tempore sed causa. Alijs aũt videt q beatitudinem quã receperũt in ꝯfirmatione p gratiam tunc apositã non meruerũt dicentes tũc non fuisse eis collatam gratiam ad merendum sed ad beate viuendum. nec tunc eis datũ esse bonuz quo mererent. sed quo feliciter fruerent. Q aũt tunc in pmiũ acceperunt p obsequia nobis exhibita. ex dei obedientia et reuerẽtia mereri dicunt. z ita premium precessit merita. z hoc mihi magis placere fateor.

Ista est distinctio. v. huiꝰ secundi libri. In qua magister postq; egit de angelorum communi creatione. incipit modo agere de eorum cõuersione z auersione. Et tria facit. Nam primo agit de modo conuersionis z auersionis. Secundo de gratia supaddita ad actum conuersionis. Tertio de vsu grãe. s. de merito confirmationis. Primum facit a principio distinctionis vsq; ibi. Si autem querit. Secundum ab inde vsq; ibi. Hic queri solet. Tertium ab inde vsq; ad finem distinctionis. Et tñ in generali In speciali sententia magistri stat in tribꝰ ppositionibꝰ quaꝝ prima est hec. Sicut aliqui angeli p superbiaz auersione effecti sunt mali et excecati. ita alij p charitatiuã ꝯuersionẽ facti sunt boni z illuminati. Hanc ppositionem magister probans dicit q quidam angelorum post eorum creationem ad deuz conuersi et sibi per charitatẽ adherentes illuminati sunt p gratiã. Alij vo auersi et deum odio habentes excecati fuerunt. nõ quidem ex malicie immissione sed gratie subtractione que. quidem conuersio iustos fecit z auersio iniustos. Et subdit q tam causa conuersionis q̃ auersionis fuit libertas arbitrij per quam quidã ipsoꝝ bonũ alij vero malum elegerunt. Secunda ppositio est hec. Q boni angeli sua ꝯuersione gratiam non operantẽ sed cooperantẽ meruerũt. Hanc magister pbans querit Utrũ angelis bonis ad hoc vt conuerterent apposita fuit gratia. Et respondet q eis fuit apposita gratia cooperans. sed nõ opans quia gratia operante q̃ est idem q iustificatio impij non indigebãt eo q mali non erant Sed indiguerũt gratia cooperante seu pmouente eos ad conuertendum se ad deum. et hec gratia iuuat ad bonum perficiendum. Et subinfert q q̃uis ipsa gratia cooperãs in potestate cadentiũ angelorum nõ fuit. tñ imputatur ipsis ad culpam. quia ipsam non recipientes auersi sunt. eo q ipsam habere poterant z apposita eis fuisset si pstitissent. Tertia ppositio est hec. Angeli p cooperantẽ gratiam eis in conuersione apppositam non antecedenter sed consequenter. beatitudinẽ meruerunt. Hanc magister pbans querit. Utrum angeli boni in ipsa sua confirmatione beati fuerunt. et vtrũ in ipsa recta ꝯuersione beatitudinem meruerũt Primum istorum questorum magister simplicit cõcedit. Et circa secundum recitat opiniones dicens quosdam dicere angelos suam beatitudinem in ipsa eorum conuersione ad deum meruisse. ita q meritum et premiũ simul et semel in eis fuerũt. Alios autem dicit opinantes fuisse q beatitudem quam in ipsa cõuersione acceperunt p obsequia que hominibus perstiterunt et prestant. merucrunt et merentur. ita q premium nõ precessit meritum. Et istam opinionem videtur magister fouere. Et tñ in speciali.

Q de maioribus et minoribus quidam ceciderunt. inter quos vnus fuit celsior. s. lucifer. a

Qeterea scíri

oportet. qm̃ sicut ꝺ maioribꝰ z de minoribꝰ quidã pstiterẽt ita de vtroq; gradu q̃da corruerũt. Inter quos vnꝰ fuit oibus alijs cadentibꝰ excellentior. nec inter stãtes aliqs eo fuit dignior sicut testimonijs autoritatũ monstrat Ait em̃ Job. Ipse pncipium viarũ dei Et in Ezechiele legit. Tu signaculum similitudinis plenus scientia z pfectõne decoris in delitijs paradisi dei fuisti Ad Gregorius exponens ait. Quanto in eo sb tilior est natura. eo magis in illo imago dei similius insinuatur impressa. Item in Ezechiele legitur. Omnis lapis pciosus

Job
Ezechiel.

operimentū eius. i. ois angelus quasi operimentū eius erat. quia vt dicit Grego. in alioꝝ compatione ceteris clarioꝛ fuit. vñ vocatus est lucifer. sicut testat Esa. Qūo inquit cecidisti lucifer qui mane oriebaris ꝛc. qui nō vnus oꝛdo sed vn⁹ spūs accipiē dus est. qui teste Jsidoꝛo postq̄ creat⁹ est eminentiā nature ꝛ pfunditatē scientie sue perpendēs in suuꝫ creatoꝛē supbiuit intm̄ q̄ etiam deo se equare voluit. vt in Esaia dicit. Jn celum ascendam sup astra celi. et exaltabo solium meuꝫ. ꝛ ero similis altissimo Similis quidem deo esse voluit non p imitationē. ꝫ per equalitatem potētie.

Unde ꝛ quo deiectus fuerit merito sue superbie. b

Et tante supbie merito de celo. i. de empireo in quo cum alijs fuerit deiectus ē in iustū caliginosū aerem cū oibus sue prauitatis ꝛ sortibus. Naꝫ vt Johes ait in Apocal. Draco ō celo cadēs secum traxit tertiā ptem stellaꝝ. quia lucifer ille alijs maioꝛ, nō solus cecidit. sed cuꝫ eo alij multi qui ei in malicia consenserunt eosq̄ cadētes hui⁹ caliginosi aeris habitaculum recepit. Et hoc ad nr̄am ꝓbationeꝫ factū est. vt sit nobis exercitationis causa. Unde apl̄us. Colluctatio est nob adūsus p̄n cipes ꝛ ptātes mūdi hui⁹ ꝛ aduersus rectores tenebraꝝ. ꝛ tra spūalia nequicie in celestibus. qꝛ demones qui sunt spirituales et neq̄ in hoc turbulento aere nobis ꝓpinq̄ qō celum appellat habitant. Unde et diabolus p̄nceps aeris dicitur.

Qꝛ non est ꝓcessum eis habitare in celo vel in terra. c

Nō enī est eis concessum habitare in celo. qꝛ clarus locus est ꝛ amenus. nec in terra nobiscū ne homies nimis inuestarēt Sed iuxta apl̄i Petri doctrinam in epl̄a canonica traditam: in aere isto caliginoso qui eis quasi carcer vsq̄ ad tps iudicij deputat⁹ est. Tunc autē detrudent in baratrū inferni. ꝫm illud. Jte maledicti in ignem eternū qui paratus est diabolo et angelis eius.

Qꝛ demones alij alijs p̄sunt ꝛ habent etiā alias p̄lationes. d

Et sicut ī ter bonos angelos alij alijs p̄sunt. ita et inter malos alij alijs p̄lati sunt ꝛ alij alijs subiecti. q̄diu durat mūdus. angeli angelis. demōes demonib⁹. hoies hoibus p̄sunt. Sed in futuro ois euacuabit̄ p̄latio vt docet apl̄s Habent quoq̄ ꝫm modū scientie maioris vl̄ minoris p̄lationes alias maioꝛes vl̄ minoꝛes. Quidā em̄ vni p̄uincie alij vni homini. aliqui vni vitio p̄sunt. Unde dicit spūs supbie. spūs luxurie. et hmōi. quia ō illo vitio maxime pōt hoies temptare a q̄ nominat̄ Jnde etiā est q̄ noie demonis diuitie vocant̄. s. māmona. Est enim mammon nomen demonis. quo nomine vocantur diuitie ꝫm syram linguā. Hoc aūt non ideo est q̄ diabol⁹ in ptāte habeat dare vl̄ auferre diuitias cui velit. sed quia eis vtit ad hominū temptationē et deceptionem.

An omnes demōes sint in hoc aere caliginoso. an aliqui sint in inferno. e

Volet autez queri vtrū omnes in isto aere caliginoso sint. an aliqui iam sint in inferno. Q̄ in inferno q̄ti die descendant aliqui demonū verisimile est. qꝛ animas illuc cruciandas deducūt. ꝛ q̄ illic aliqui semp̄ sint alternatis forte vicibus. non ꝓcul est a vero. qui illic animas detinent atq̄ cruciant. Q̄ autem aie malorum illic descendant atq̄ illic puniant. ex eo constat q̄ xp̄us ad inferos descendit vt iustos qui ibi tenebant educeret. Si enim iusti illuc descendebant. multomagis iniusti. ꝛ sicut tradit autoꝛitas cū iustos eduxit iniquos ibi reliq̄t. Quomoꝛdit em̄ infernū non absoꝛbuit.

Quidam putant lucifeꝛum esse in inferno religatum ex quo temptauit christum et victus fuit quez dicunt p̄imum hominem temptasse et vicisse. f

De lucifero autem quidā opinant̄ q̄ ibi religatus sit ꝛ ad nos temptandos nūc accessum nō habeat. qꝛ Apocalipsi legit̄. Cum consummati fuerint mille anni. soluetur sathanas de carcere suo et exiet et seducet gentes. quod erit nouissimo tēpoꝛe antichristi q̄n erit tanta

tribulatio: vt etiam si fieri pōt moueantur electi. Quē ibi religatū dicunt ab eo tēpore quo temptauit christū in deserto vl'i passione: ⁊ victus fuit ab eo. Jpm putant primum hoiem temptasse ⁊ vicisse. ⁊ secundo deū: sed ab eo victum esse. ⁊ ideo in inferno religatum. Alij aūt putant ex quo cecidit p pcī sui magnitudie illuc fuisse dimersum.

q lucifer non hz ptātez quā habebit in tpe antichristi. g

Hz siue in infernū dimersus sit siue non. credibile est euz non habere ptātem accedendi ad nos quaz habebit in tempe antichristi. in quo fraudulenter ac violenter operabit. ⁊ ideo forte dicitur tunc soluendus. qz tunc dabit ei potestas a deo temptandi hoies: quam mō nō habet.

q demones sel' victi a sanctis non accedūt amplius ad alios. h

Alijs quoqz qui a sanctis iuste ⁊ pudice viuentibus vincūt potestas alios temptandi viz adimi. Ūn Origenes. Puto inqt sane qz sancti repugnantes aduersus istos incentores ⁊ vincentes minuāt exercitū demonū. vel vt q̄plurimos eorū interimant. nec vltra fas sit illi spiritui qui ab aliquo sancto caste ⁊ pudice viuendo victus est impugre itez aliū hoiem. Hoc aūt putant quidam intelligēdum tm̄ de illo vitio in quo supatus est. vt si de supbia aliquē virū sanctuz temptat et vincit. vlterius nō liceat illi illū vel alium de supbia temptare.

Origenes

Jsta est distinctio sexta huj secūdi libi. In qua magister postq̄ tractauit de auersione ⁊ conuersione bonorū ⁊ malorum angelorū. Incipit agere de consequentibus auersionē malorum q̄tum ad causam localem. Et tria facit. Nam primo determinat de p̄iectione ip̄orum in hunc aerem caliginosum. Secundo de descensu eorum ad infernū. Tertio de confusione ip̄orum cum vincūt in temptationibus hominū. Primuz facit a p̄incipio distinctionis vsq̄ ibi. Et sicut inter. Secundum ab inde vsq̄ ibi. Alijs quoq̄. Tertium x̄o vsq̄ ad finem distinctionis. Et tm̄ in generali. In speciali autem sentētia mgr̄i stat in tribus p̄positionibus. quarum p̄ma hec est. Lucifer supremus angelus ⁊ sibi de singulis ordinibus assentiētes supbe dei equalitatem appetendo corruerūt. ⁊ in isto caliginoso aere sunt incarcerati. Vanc p̄positionem magister insinuās ponit q̄ angeli peccantes de singulis ordinibus ceciderunt. inter quos primus peccās ⁊ maioris dignitatis credit fuisse lucifer. qui considerās eminentiā sue dignitatis in supbiam elatus est. Et istā sententiam p̄bat mgr̄ p beatū Grego. Et subdit q̄ merito p tanti peccati malicia in hūc caliginosum aerez cū socijs suis est detrusus. Nam locus celestis p̄pter sui claritatem eis nō competebat. nec terra: ne nos nimis infestarent. sed sunt in aere caliginoso i signū tenebrarum peccati quod est in eis. ⁊ ob exercitium nostrum vt nos temptent. Post diem x̄o iudicij simpliciter detrudent in inferuum. Secunda p̄positio est hec. In malis angelis ⁊ bonis vsq̄ ad finem mundi sunt p̄manentia officia p̄lationis ⁊ subiectionis. Hanc magister ponens dicit q̄ inter angelos tā bonos q̄ malos vsq̄ in diem iudicij est ordo p̄lationis. quia qui maioris sunt scientie inter eos maiorez habent p̄relationem. ⁊ a tali p̄latione quandoq̄ denominant. vt qui p̄est vni p̄uincie dicitur p̄ceps p̄uincie. qui x̄o p̄est vni homini dicitur angelus hominis illius. qui x̄o vni vitio. vtpote quia de illo maxime temptare p̄mittitur ab illo denominātur vt aliquos dicimus spiritus supbie. alios x̄o spiritus luxurie. Postea querit. Utrum aliqui demones sint iam in inferno. s̄m illud Apoc'. Cū p̄summati fuerint mille anni soluetur sathanas de carcere suo ⁊ exiet ⁊ seducet gentes. vñ dicit aliquos fuisse opinatos q̄ lucifer temptauit ⁊ vicit primos parentes. Sed postq̄ christum in deserto ⁊ in passione tēptās extitit victus ⁊ in infernum religatus fuit. Tempore x̄o antichristi iterum exiturus. Alij autem dicunt q̄ statim cum peccauit p̄pter peccati sui magnitudinem in inferuum detrusus fuit. ⁊ tempore antichristi dicit soluendus. qz tunc dabit ei potestas tēptandi, quam modo non habet. Tertia p̄positio ē hec Demones amittunt temptandi facultatem in his vitijs in quibus a sanctis hominibus pudice viuentibus semel fuerint p̄fecte supati. Hanc p̄positionem magister ponens dicit eam forte intelligendam de eodem vitio. ⁊ non simpliciter saltem s̄m opinionez aliquorum. vt videlicet diabolus victus ab eo quē tēptabat de luxuria. nunq̄ postea suuz victorem de luxuria temptabit. Et tm̄ de sententia buj⁹ distinctionis in speciali.

q boni angeli adeo sunt cōfirmati p gr̄am vt peccare non possint. et mali ita obdurati in malo vt bn̄ viuere nequeant. a

Supra dictuz est q̄ angeli q̄ p̄stiterunt p gr̄az confirmati sunt. ⁊ qui ceciderūt a gratia dei deserti sunt. Et boni q̄dem intantū confirmati sunt p gratiam q̄ peccare nequeunt. Mali x̄o p maliciaz adeo sunt obstinati q̄ bonam voluntatem habere siue bene velle non valent. ⁊ si bonum sit qd aliquando volunt. Volunt em̄ aliquando aliquid fieri quod deus vult fieri. ⁊ vtiq̄ illud bonum est ⁊ iustum fieri. nec tm̄ bona voluntate illud volunt. DI. VII.

q vtriq̄ liberū arbitrium habent nec tamen ad vtrunq̄ flecti pos-

sunt. b

Sed cum nec boni peccare possunt nec mali bene velle. vl' bñ opari. videt' q̄ iam non habeant libez arbitrium. qz in vtranq; ptem flecti non pñt cum liberũ arbitriũ ad vtrunq; se habeat.

Hiero Unde Hiero. in tractatu de pdigo filio dicit. Solus deus est in quem peccatum cadere non põt. cetera cum sint liberi arbitrij in vtranq; ptem flecti possunt. Hic videt dicere q̄ oīs creatura in libero arbitrio cõstituta flecti potest ad bonum z ad maluz. Qõ si ẽ. ergo z boni angeli z mali ad vtrũq; flecti possunt. ergo z boni possunt fieri mali. z mali boni? Ad quod dicimus. quia boni tanta gratia confirmati sunt vt nequeant fieri mali. z mali in malicia adeo obdurati sunt vt non valeant fieri boni. z tamen vtriq; habent liberũ arbitriũ. quia z boni non aliqua cogente necessitate: s̄ ppria ac spontanea voluntate p gr̄am quidẽ adiuti bonum eligunt z malum respuũt. z mali similiter spontanea voluntate a gratia destituti bonum vitãt z maluz sequunt̄. z mali habent liberũ arbitrium: sed dep̄ssum atq; coꝛruptum q̄ surgere ad bonum non valent.

Q̄ boni post cõfirmationẽ liberius arbitriũ habent q̄ ante. c

Boni vero arbitrium habent multo liberius post cõfirmationem q̄ añ. Ut enim Aug⁹. tradit in ench. Non ideo carẽt libero arbitrio qz male velle nõ pñt. multo quippe liberius ẽ arbitriũ quod non potest seruire peccato Neq; culpanda est voluntas. aut voluntas non est aut libera dicenda non est. quia beati cẽ sic volunt. vt esse miseri non solum nolint: sed nec prorsus velle possunt. Nõ possunt itaq; boni angeli velle malum vel velle cẽ miseri. neq; hoc habent ex natura: sed ex gratie beneficio. Ante gr̄e nanq; confirmationez potuerunt peccare angeli. z q̄dã etiam peccauerunt z demones facti sunt. Añ aug⁹. in li. contra Maximinũ. Creatura z natura celestiũ mori potuit. quia peccare potuit. Nam angeli peccauerũt: z demones facti sunt. quoꝝ diabolus est p̄nceps. z qui nõ peccauerũt: peccare potuerũt. z cuicũq; creature rationali p̄statur vt peccare nõ

Augusti.

possit. nõ est hoc nature ppꝛie: s̄ dei g̃tie. Ideoq; solus deus est qui nõ g̃ra curaq; sed natura sua nõ potuit. nec potest nec poterit peccare. Ecce hic insinuatur q̄ angeli ante confirmationem peccare potuerunt. s̄ post confirmationẽ nõ possunt. z q̄ potuerunt fuit eis ex libero arbitrio: qõ ẽ eis naturale. Q̄ vo modo non possunt peccare: non est eis ex natura. id est libero arbitrio. sed ex gratia ex qua gratia etiam est vt ipsum liberum arbitrium iam non possit peccato seruire.

Q̄ post cõfirmationẽ angeli nõ possunt ex natura peccare sicut ante. nõ q̄ debilitatũ sit eoꝝ liberũ arbitrium sed confirmatũ d

Nõ ergo post confirmationem angeli de natura sicut añ peccare potuerunt. non q̄ liberum arbitriũ eorum debilitatum sit p gratiam: sed ita potiꝰ confirmatum. vt iam p illud nõ possit bonus angelus peccare. qõ vtiq; nõ est ex libero arbitrio: sed ex gratia dei. Q̄ g̃ Hiero. ait. Cetera cuz sint liberi arbitrij possũt flecti in vtranq; partem. accipi oportet s̄m statum in quo creati sunt. Talis enim z hõ z angelus creatus est: qui ad vtrãq; flecti poterat. sed postea boni angeli ita p g̃tiam sunt confirmati: vt peccare non possint. et mali ita in vitio obdurati vt bene viuẽ nequeant. Similiter etiam illud Isid. intelligendum est. Angeli mutabiles sunt natura immutabiles sunt gratia. quia ex natura i pꝛimordio suc conditionis mutari potuerunt ad bonum siue ad maluz. sed post per gratiam ita bono addicti sunt: vt inde mutari nequeant. Ad hoc enim repugnat gratia: non natura.

Aplt quõ p̄dicta verba Hiero. sint intelligenda

// Q̄ angeli mali viuacem sensum non perdiderunt et quibus modis sciant. e

Et licet mali angeli ita p maliciam sint obdurati: viuaci tamẽ sensu non sunt penitus pꝛiuati. Naz vt tradit Isidorus triplici acumine scientie vigent demones. scilicet subtilitate nature. experientia temporum. reuelatiõe supnoꝝz

lugusti . spirituũ. Be hoc etiam Aug⁹. ait. Spirit⁹ mali quedam ꝺo de tempalibus reb⁹ no= scere ꝓmittunt. partim ſubtilitate ſenſus . partim expientia tempoꝛũ callidioꝛes pꝛo= pter tam magnam longitudinem vite. par= tim ſanctis angel': qꝺ ipi ab oipotenti deo diſcunt iuſſu eius ſibi reuelantib⁹. Aliqñ idem nefandi ſpũs ꝛ q̃acturi ſunt velut di= uinando ꝓdicunt.

¶ magice artes virtute et ſcientia diaboli valent. que virtus et ſcia eſt ei data a deo vel ad fallẽdũ ma los. vel ad monendũ vel exercen dum bonos. f

Quoꝛũ ſcientia at=

q̃ ꝺtute etiam magice artes exercent. quí= bus tñ tam ſcientia q̃ ptãs a deo data eſt. vel ad fallendũ fallaces. vel ad monendũ fideles. vel ad exercendam ꝓbandam q̃ iu ſtoꝛum patientiam . Unde Aug⁹ . in libꝛo iij. de trini. Video inquit infirme cogitati= oni quid poſſit occurrere. cur .ſ. iſta mira = cula etiam magicis artibus fiant. Nam et magi pharaonis ſerpentes fecerunt et alia ſed illud eſt amplius ammiranduz quomõ magoꝛum potentia que ſerpentes fac= po= tuit vbi ad muſcas minutiſſimaſ. ſ. cinifes ventum eſt. omnino defecit. qua tertia pla ga egyptus cedebatur. Ibi certe defecerũt magi dicentes. Digitus dei eſt hic. Unde intelligi datur nec ipos quidẽ tranſgreſſo= res angelos ꝛ aereas poteſtates in imam iſtam caliginem tanq̃ in ſui generis carce= rem ab illius ſublimis etheree puritatſ ha= bitatione detruſos. per quos magice arteſ poſſunt quicquid poſſint. non autez aliq̃d valere poſſunt: niſi data deſuper poteſtate Batur autẽ vel ad fallendum fallaces : ſic̃ in egyptios. ꝛ in ipos etiam magos data ẽ vt in eoꝛum ſpirituũ operatione viderent ammirandi a quibus fiebant damnãdi. vꝫ ad monendũ fideles. ne tale aliquid facere ꝓ magno deſiderent. ꝓpter quod etiã no= bis in ſcriptura ſunt ꝓdita. vel ad exercen dam ꝓbandam manifeſtandam q̃ iuſtoꝛũ patientiã.

¶ tranſgreſſoꝛibus angelis nõ ſer uit ad nutum materia rerum viſi bilium. g

Nec putãdum eſt

iſtis tranſgreſſoꝛibus angelis ad nutũ ſui re hanc viſibiliũ rerum materiã: ſ deo po= tius a quo ꝺ ptãs daꝛ q̃tũ incõmutabilis iudicat.

¶ non ſunt creatoꝛes licet per eos magi ranas et alia fecerint. ſed ſo lus deus. h

Nec ſane creatoꝛeſ

illi mali angeli dicendi ſunt. qꝛ ꝓ illos ma= gi ranas ꝛ ſerpentes fecerunt. non enim ipi eas creauerunt. Oim quipe rerũ que coꝛ= poraliter viſibiliter q̃ naſcunt occulta que dam ſemina incoꝛpoꝛeis mundi huius ele mentis latent: que deus oꝛiginaliter eis in didit. Ipe g̃ creatoꝛ eſt oim rerũ qui creа= toꝛ eſt inuiſibilium ſeminũ. qꝛ quecũ q̃ na= ſcendo ad oculos nros exeunt ex occultis ſeminibus accipiũt ꝓgrediendi hic ꝓmoꝛ= dia ꝛ incrementa debite magnitudis diſti= ctioneſ q̃ foꝛmarũ ab oꝛiginalibus (vt ita dicam) regulis ſumunt.

De ſeminib⁹ oim coꝛpoꝛũ quoꝛum crea toꝛ ipe ſolus creatoꝛ eſt

¶ Sicut parentes non dicuntur cre atoꝛes filioꝛum nec agricole fru gum. ita nec boni angeli nec mali et ſi ꝓ eoꝛum miniſterũ fiant crea ture. i

Sicut ergo nec pa=

rẽtes dicimus creatoꝛes hominũ. nec agri colas creatoꝛes frugum q̃uis eoꝛum extri ſecus adhibitis motibus iſta creanda dei virtus interius operet. ita non ſolum ma= los. ſed nec bonos angelos fas eſt putare creatoꝛes. Sꝫ ꝓ ſubtilitate ſui ſenſus ꝛ coꝛ poꝛis ſemina iſtarũ rerum nobis occultio= ra nouerunt. ꝛ ea ꝓ congruas temperatio= nes elementoꝛũ latenter ſpargunt. atq̃ ita ꝛ gignendarũ rerum ꝛ accelerandoꝛum in crementoꝛũ ꝓbent occaſiones. Sꝫ nec bo= ni hoc: niſi quantũ deus iubet: nec mali ꝺ iniuſte faciũt: niſi q̃tuz iuſte ipe permittit Nam iniqui malicia voluntatẽ ſuã habet iniuſtam. ptãtem aũt non. niſi iuſte accipit ſiue ad ſuam penã. ſiue ad alioꝛũ. vꝫ penã malоꝛũ. vel laudem bonoꝛũ .

Iniquus ha= bet a ſe volũ= tatem malam a deo ꝺo po= teſtatem iuſte accepit

¶ Sicut iuſtificationem mentis ita creationem rerum ſolus de⁹ opa= tur. licet creatura extrinſecus ſer= uiat. k

Sicut ergo mentē nostram iustificando formare nō potest: nisi deus. ꝓdicare autem extrinsecus euāgelium etiam homies possunt: non solum boni ꝓ veritatem: sed etiam mali ꝓ occasionē. ita creationem rerū visibiliū deus interi⁹ operat. Exteriores autem opatiões atq; contempationes siue occasiones ab angel' tam bonis q̄ malis vel etiam homībus adhibent. Sed hec ab hominibus tanto difficilius adhibent: quantum eis desunt sensuum subtilitates. ⁊ corporū mobilitates i membris terrenis ⁊ pigris. Unde qualib⁹ cunq; angelis vicinas causas ab elemētis contrahere quanto facilius est. tanto mirabiliores in hmōi opibus eorū existunt celeritates. ꝑ nō est creator nisi q̄ ꝓncipaliter ista format. nec quisq̄ hoc potest: nisi vn⁹ creator deus. Aliud est em̄ ex intimo ac summo causaꝝ cardine condere ac ministrare creaturam. qđ facit solus creator deus. Alius aūt ꝓ distributis ab illo viribus ac facultatibus aliquam opationem forinsecus admouere. vt tunc vel tūc. sic vel sic. exeat qđ creat. Ista quipe originaliter ⁊ ꝓmordialiter in q̄dam textura elementorū cūcta iaz creata sunt. sed acceptis oportunitatibus postea ꝓdeunt.

Q angeli mali multa ꝑnt ꝓ nature vigorem. que non possunt ꝓpter bonorum angelorum et dei ꝓhibitionem. id est. quia non ꝓmittū tur.

Illud quoq; sciendum est q angeli mali q̄dam possunt ꝓ nature subtilitatem: que tn̄ non ꝑnt ꝓpt̄ dei vel bonorū angelorū ꝓhibitionem. i. q⁹ ñ ꝓmittunt illa facere a deo vel ab angel' bonis. possent vtiq; fecisse cinifes q̄ ranas serpentesq; fecerunt. Quidaz vo nō possunt facere. etiam si ꝓmittant ab angelis superioribus. q⁹ non ꝓmittit deus. Uñ Aug⁹. in li. iij. de tri. Ex ineffabili potentatu dei fit. vt quod possent mali angeli si ꝓmitterent: ideo non possunt. q⁹ non ꝓmittunt. Neq; eñ occurrit alia ratio cur non poterant facere cinifes qui ranas ꝑpentesq; fecerunt. nisi q⁹ maior aderat dominatio ꝓhibentis dei ꝓ spūmsanctum. quod etiam magi confessi sunt dicentes. Digitus dei est ꝯ. Quid aūt ꝓ naturam possint. nec possunt ꝓpt̄ ꝓhibitionem. ⁊ qđ ꝓ ipius nature sue conditionem. facere non sinant: homi explorare difficile est: imo impossibile. Nouimus hominem posse ambulare. ⁊ neq; ꝫ posse si nō ꝓmittat. volare aūt non posse: etiam si permittat. Sic ⁊ illi angeli quedam ꝑnt facere si ꝓmittant ab angelis potentioribus ex imperio dei. Quedam vo non possunt etiam si ab eis ꝓmittant. q⁹ ille non ꝓmittit a quo est illis talis nature modus. qui etiaz ꝓ angelos suos illa plerūq; non permittit. que concessit vt possint.

Augusti. Quare ñ potuerūt producere cinifes q̄ ranas ⁊ ꝑpētes fecerunt.

Ista est distinctio. vij. hui⁹ secundi libri. In qua mgr̄ postq̄ egit de ꝓtinētibus ad casum angelorꝝ localem agit de ꝓtinentibus ad eorum casum spūalem. Et tria facit. Nam ꝓmo oñdit qualiter liberum arbitriū etiam post lapsum retinuerūt Secundo qualiter intellectus viuacitatem post casū non amiserunt. Tertio qualiter omnia que possent ideo quia deus non ꝓmisit implere non potuerunt. Primum facit a ꝓncipio distinctionis vsq; ibi. Et licet mali angeli. Secundū vsq; ibi. Illud quoq; sciendum est. Tertium vsq; ad finem distinctionis. Et tāt̄uim in generali. In specialisententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus quarum ꝓma est hec. Q̄ licet angeli boni in gratia confirmati non possunt peccare. ⁊ mali in malicia obstinati non possunt benefacere. Hoc tamen minime aufert alicui arbitrij libertatem. Hanc magister insinuans dicit q̄ nec mali angeli post peccatuz possunt benefacere. nec boni post eorum confirmationem possunt peccare. Contra qđ dictum obijciens dicit q̄ si boni angeli non possunt peccare. ergo non habent arbitrij libertatem. tenet consequentia per dictum beati Hieronymi dicentis q̄ omnis creatura habens liberum arbitriū est vertibilis in bonum ⁊ malum. Cui obiectioni respondet ⁊ dicit. q̄ q̄uis boni angeli peccare non possunt. nō tamen propterea sunt minus liberi. quia nō coacte: sed libere ⁊ spontanee immutabiliter bonū eligunt. ⁊ hoc ex gratia non a natura. ꝓ quod soluit dictum beati Hiero. dicentis ipm̄ loqui de libero arbitrio gratia non confirmato: sed p̄cise in sua natura considerato. Et oppositum arguit ⁊ soluit de demonib⁹.

Secunda ꝓpositio est hec. Quāuis angeli mali i quibus est naturalis cognitionis ꝓspicacitas aliqua facīt mirabilia ꝓ hoc nō ꝓbat eis inesse creandi facultas. Hanc mgr̄ ꝓbat dicens demones hr̄e triplicem scientiā. s. vnā ex subtilitate nature. aliā ex tempore ⁊ diuturnitate. tertiā ex bonorum angelorū relatione. Et hoc ꝓbat auctoritate Isidori ⁊ b. Augustini. Et subdit q̄ demonum scientia ⁊ arte fiunt artes magice. deo tamen talia ꝓmittere volente ad fallendum fallaces ⁊ monendū fideles. seu ad exercitā dum iustos ⁊ ꝓbos. In q̄bus q̄dem artibus magicis materia rerum visibilium non seruit demonib⁹ ad nutum. sed solum intantum quantum deus ꝓmittit. Et infert q̄ q̄uis demones quandoq; aliqua noua ⁊ mirabilia deo permittente operantur seu faciunt. non tamen ꝓpter hoc dicendi sunt creatores. quia illa noua que producunt non nisi ex rerū virtutibus a deo eis inditis quasi ex quibusdam semibus educūt eo q̄ ad talium ꝓductionem nisi instrumēta liter quodāmodo se habent sicut agricole ad produ-

ctionem fructuum. ⁊ predicatores ad illuminationē mentium. Tertia ꝓpositio est hec. Demōes multo maiora mala ⁊ plura possent facere q̄ faciūt. nisi deus ⁊ angeli boni eos facere talia ꝓhiberēt. Hāc mḡr ꝓbat q̄ hoc q̄ magi pharaonis ita bū potuissēt ministerio demonū fecisse cinifes sicut fecerūt ranas si deus talia opari nō ꝓhibuisset. Et tm̄ de sentētia iu spēali.

Vtrū angeli omnes corporei sint. qō quibusdam visum est quibus Augustinus consentire videt dicens angelos oēs añ casum habuisse corpora tenuia et spūalia sed i casu mutata in deterius malorum corpora. vt in eis possent pati.

a

II. VIII. Solet etiam in questione versari apud doctos vtrū angeli omēs boni. s. ac mali corporei sint. i. corpa habeant sibi vnita? Quod aliqui putant innitentes ꝟbis Augustini q̄ dicere videt q̄ angeli omēs ante ꝯfirmationē vel lapsum corpora aerea habuerint de puriori ac supiore aeris ꝑte formata. ad faciendum abilia nō ad patiendū ⁊ angelis bonis qui pstiterunt talia sūt obseruata corpora. vt in eis possint facere: et non pati. que tāte sunt tenuitatis vt a mortalibus videri non ualeant. nisi superuestita aliqua grossiori forma. qua assumpta videntur depositaq̄ videri desinūt. Angelis ꝟo malis mutata sunt in casu corpora i deteriorem q̄litatem spissioris aeris. Sic̄ enim a loco digniori in inferiorem locū. i. in caliginosum aerem deiecti sunt. ita illa corpora tenuia mutata sunt ⁊ transformata in deteriora corpa ⁊ spissiora. in q̄bus pati possent in supiori elemento. i. ab igne. Et hoc Aug⁹. sensisse vid⁊ super Gen̄. ita dicens. Demones dicunt aerea animalia. qui corporū aereorū natura vigent. nec ꝑ mortem dissoluunt. quia ꝑualet in eis elementum aptius ad faciendū q̄ ad patiendū. Ad patiendum em̄ humor ⁊ humus. Ad faciendum aer ⁊ ignis aptitudinem ꝑbent. Trās gressores ꝟo angeli cum principe suo nūc diabolo tunc archangelo. nō miruz si post peccatum in hanc caliginem detrusi sunt. Neq̄ etiā hoc mirū est si cōuersi sunt ex pena in aeream q̄litatem qua possunt ab igne pati. Caliginosa tn̄ aeris tenere tn̄ ꝑmissi sunt q̄ eis quasi carcer sit vsq̄ ad tps iudicij. Ecce his ꝟbis videt Aug⁹. ita tradere q̄ q̄dam opinant de corporibus angelorū

Hoc autem eum alij dixisse astruūt non ita sentiendo: sed opinionem aliorū referēdo. quod ex ipius verbis dijudicare volunt. quibus ait. Demones dicunt aerea animalia: non ait sunt. ita enim q̄dam dicebant. De habitatione ꝟo caliginosi aer] in quez detrusi sunt: non opinando: sed rei veritatē asserendo eum tradidisse dicunt. quod ipi⁹ locutionis distinctio ostendit. Dicūt quoq̄ plurimos catholicos tractatores in hoc conuenisse atq̄ id concorditer docuisse: q̄ angeli incorporei sint: nec corpora habent sibi vnita. Assumunt autem aliqñ corpora deo ꝓparante. ad impletionem ministerij sui sibi a deo iniuncti. eademq̄ post expletionem deponunt. in q̄bus corporibus hominib⁹ apparuerūt atq̄ locuti sunt. Et aliquando q̄dem locuti sunt ex ꝑsona dei sine distinctione alicuius persone. Aliquando ex persona patris vel filij siue spiritussancti.

q̄ deus in corporalibus illis antiquis formis apparuit. b

Nec dubitandum est deū in corpalibus formis apparuisse hominibus. sicut Augustinus in. ij. li. de tri⁹. ostendit conferens diuersa scripture testimonia. ex quibus deum in corporeis figuris hominibus apparuisse p⁊obat. et aliqñ ex ꝑsona dei sine distinctione. aliquād sb distinctione personarum sermonem eis factum esse.

De perplexa questione quam posuit Augustin⁹ querens an ad exhibendum has corporales apparitiones creatura noua sit formata an angeli qui ante erant missi. et si ipi missi sunt. vtrū seruata sui spiritual corporis qualitate aliquaz speciem corpalem de corpulētiori materia assumpserint an ꝓprium corpus suū mutauerint in speciez actioni sue aptam. c

Sed vbi deum hominibus in corporalibus imaginib⁹ apparuisse asserit. perplexam questionem ꝓponit quam nec absoluit querens. vtruz in il-

lis corporalibus aparitionibus creatura aliqua crearet ad illud opus tantū in qua deus hominibus appareret. an angeli q̄ ad̄ erant ita mitterent vt manentes in suis spiritalibus corpib⁹ assumerēt ex corpulenta inferiorū elemento⁹ materia aliquā speciē corpalem: quam coaptatā ꝯsi aliquam vestem mutarent in quaslibet species corporales veras quidem. an corpus suū ꝓpprium verterent in species aptas actionibus suis p virtutem sibi a deo data⁹. Ait em̄ ita Augustinus in. iij. li. de tri. Querendum est in illis antiquis corporalibus formis ⁊ visis: vtrum ad hoc opus tantū creatura formata sit in qua deus sicut tunc oportuisse iudicauit humanis ostenderet aspectibus. an angeli qui iam erant ita mittebant: vt ex p sona dei loquerent assumentes corporalez speciem de creatura corporea ꝓ vsum ministerij sui. aut ipm corpus suum cui non subduntur: sed subditum regunt mutantes atq; vertentes in species quas vellent accomodatas atq; aptas actionib⁹ suis ꝑm attributam a creatore sibi potentiam. Sed fateor excedere vires intentionis mee. vtruz angeli manente spūali sui corporis qualitate. p hanc occultius opantes assumant ex inferioribus elementis corpulentioribus qō sibi coaptatum ꝯsi aliquam vestē mutēt et vertant in quaslibet species corporales ⁊ ipsas veras. sicut aqua vera in vinum veruz uersa est a dño. An ipa ꝓpria corpa ⁊ sua transforment in id quod volunt accōmodatum ad id quod agunt. Sed quod horū sit q̄m hō sum: nullo experimento comp̄hendere valeo. sicut angeli qui hoc agūt. Attē de lector q̄ questionem ꝓpositam non soluit: sed indiscussam reliquit. vtrū angeli q̄ mittebant seruatis suis ꝓpriis spiritalib⁹ corporibus supuestirent aliqua corpulentiori specie in qua possent videri: an ipsum corpus mutarent ⁊ transformarēt in quam cunq; vellent speciem in qua possent cerni In quibus vbis videt Aug⁹. attestari angelos esse corporeos ac ꝓpria ac spiritualia habere corpa.

Augusti.

Concedendū ē ãgelos mitti sed reliq̄ expediri nō sufficit.

Q de⁹ in specie qua ē de⁹ nūq̄ mortalibus apparuit. d

Leteruz hec velut nimis pfunda atq; obscura relinquētes: illud indubitant teneamus. q de⁹ in specie essentie sue nūq̄ mortalib⁹ aparuit. sic fa-

mulo suo Moysi dicit. Nō videbit me hō ⁊ viuet. Et in euāgelio Joh. legit. Deum nemo vidit vnq̄. Visibile em̄ quicq̄ non est qō non sit mutabile. Jō substātia siue essentia dei qm̄ nullo modo mutabil̄ est. nullo modo p seipam visibilis est. Proinde illa omnia que patribus visa sunt cum deus illis p̄sentaretur: p creaturaz facta manifestum est. Et si nos latet quō ea ministris angelis fecerit deus. p angelos tm̄ facta eē dicim⁹. Audeo ꝯ fiducialiter dicere nec deuz patrem. nec ꝓbum eius. nec spūm eius qui est vnus deus. p id qō est atq; idipm̄ ē vllo modo esse mutabilem. ac p hoc multominus esse visibilem.

Utrū demones intrent corpa hominū substantialiter. an illabant̄ mentibus hoim. e

Illud etiā consideratione dignissimū videt. vtruz demones siue corporei siue incorporei sint hoiz substātialiter intrent corpa. eorum q̄ animab⁹ illabantur. an ideo intrare dicant̄. quia malicie sue ibi effectum exercent dei p̄missione opprimendo atq; vexando eas. vel in peccatum p voluntate sua trahendo. Q in homines introeant atq; ab eis expulsi exeant euangelium apte declarat cōmemorās demonia in quosdam ingressa ⁊ p christū eiecta. sed vtrum ꝑm sua fuerint ingressa: an ꝓpter mali effectum dicant̄ ingressa: nō adeo p̄spicuum est. De hoc aūt Gennadi⁹ in diffinitionibus ecclasticoꝝ dogmatum ait. Demones q̄ energiam opationem non credimus substantialiter illabi aie: sed applicatione ⁊ oppressione viri. Illabi autē ment illi soli possibile est q̄ creauit. q̄ natura subsistens incorporeus capabil̄ ē sue facture. Ecce hic vid⁹ insinuari q̄ substātialiter non illabāt̄ demones vel introeāt corda hoim. Beda q̄ sup illū locū Act. ap̄lorum vbi Petrus ait Ananie. Cur temptauit sathanas cor tuum: dicit. Notanduz q̄ mentem homis iuxta substantiaz nihil implere possit: nisi creatrix trinitas. q̄ tantūmodo ꝑm opationem ⁊ volūtatis instictū anima de his que sunt creata implet. Implet vo sathanas cor alicui⁹: non q̄dem ingrediens in eum ⁊ in sensum eius: neq; introiens aditum cordis. siquid est potestas hec solius dei est. sed callida ⁊ fraudulenta

Beda

deceptione animam in effectū malicie trahens p cogitationes ⁊ incentiua vitiorum quibus plenus est. Impleuit ergo sathanas cor Ananie non intrando: sed malicie sue vires inserēdo. Idem spūs immūdus flamma ⁊tutum de cordibus fideliū expulsus. doctoribus veritatis venenū psecutionis infundit. His autoritatib⁹ ostendit᷑ q̄ demones non substantialiter intrant corda hominū. sed ꝓpter malicie effectum. de quib⁹ pelli dicuntur. cum nocere non sinuntur.

Ista est distinctio. viij. huiꝰ secūdi libri. In qua mgr̄ posq̄ egit de angel᷑ quo ad eorum casum localem ⁊ spūalē. agit de eis quo ad corporum assumptionem. Et tria circa hoc facit. Nam p̄mo inquirit an angeli habeant corpa sibi vnita Secundo ostendit qualiter eis habentib⁹ fiat angeli apparitio. Tertio ostendit qualiter operan᷑ circa aīas ⁊ corpora nostra. Primum facit a p̄ncipio distictionis vsq̄ ibi. Nec dubitanduz est. Scōm vsq̄ ibi. Illud etiam consideratione. Tertium ⁊o vsq̄ ad finez distinctionis. Et tm̄ in generali. In spēali snīa magistri stat in tribus ꝓpositionibus quarū p̄ma ē hec

Angeli non sunt corpales q̄uis corpora sibi assumunt aerea p explendo orca nos aliquo ope ministeriali. Hanc ꝓpositionem mgr̄ ꝓbans q̄rit. Utrū angeli sibi habent corpora naturaliter vnita? Et respondet q̄ quidam opinati sunt eos habere corpora aerea: que in demonibus ante peccatum fuerūt subtiliora ⁊ purtora ⁊ impassibilia. post peccatū aūt facta grossiora etiā ab igne corpali passibilia. ⁊ hoc cō firmant autoritate. b. Augustini. Alij ⁊o dicūt eos naturaliter fore incorporeos. ⁊ beatū Augustinum allegatū in contrariū asserunt magis fuisse locutum inq̄situe q̄ determinatiue. Et subdit q̄ licet angeli i corpozei assumunt tamen q̄nq̄ corpa. q̄nq̄ visibilit᷑ aliq̄d opan᷑ circa nos. ⁊ post opis completionez illa deponunt. Uñ in talibus corporib⁹ hominbus pluries apparuerunt ⁊ locuti sunt aliq̄n in ꝓsona patris. aliq̄n in ꝓsona filij. aliquando in ꝓsona spūsancti.

Secunda propositio est hec. q̄ deus aliquando in formis corpalibus apparuit. Hāc ꝓbat magister autoritate beati Augustini. Uñ mouet q̄stionem circa hec. s. vtrum deus corpaliter apparens de nouo semp̄ creauit illud corpus in quo apparuit. Et vtrū angeli corpaliter apparentes. dato q̄ sint corpozei tm̄ in suis corporibus appareant. vl̄ alia corpora assumant magis grossa ex visibilium rerum materia. ⁊ an illam ad placitum in quamlibet transsumant dispositionem. Istam magister relinquit insolutā. Et postea dicit q̄ diuina essentia nūq̄ potuit nec potest videri vt est. quia omne visibile mutabile est. Cū ergo essentia dei sit immutabilis. quid aliud superest q̄ q̄ sit etiam inuisibilis. Tertia ꝓpositio est hec Spūs maligni p quendam effectum possunt q̄nq̄ illabi hominbus. nō illapsu essentiali. Hanc magister ꝓbans querit. Utrū demones siue sint corpozei siue incorpozei intrēt substantialiter corpora hominū vel solum dominan᷑ in malicie effectum. Et rndens dicit q̄ solus deus menti humane illabit᷑. ⁊ q̄ diabolus ingredi dicit᷑ corpa. hoc est solū p effectū malicie qđ ꝓbat autoritatib⁹ Gregorij ⁊ Bede q̄ patent in textu. Et tm̄ in spēali.

De ordinū distinctiōe qui et quot sint. DI. IX

a

Post predicta p supest cognoscere de ordinib⁹ angelor̄ quid scriptura tradat Que in plurib⁹ locis nouem esse ordines angelorū ꝓm ulgat. s. angelos. archangelos. p̄ncipat⁹. ptātes. ⁊tutes. dominationes. thronos. cherubin ⁊ seraphin. Et inueniūtur in istis ordinibus tria terna esse. ⁊ in singulis tres ordines. vt trinitatis similitudo in eis insinuet᷑ impressa. Unde Dionysius tres ordines angelorū esse tradit. ternos in singul' ponens. Sunt em̄ tres superiores. tres inferiores. tres medij. Supiores seraphin. cherubin. throni. Medij. dominationes. p̄ncipatus. ptātes. Inferiores. virtutes. archangeli. angeli. Dionysi⁹.

Quid appellet᷑ ordo. et que sit ratio nomis cuiusq̄.

b

Hic considerandū est quid apelletur ordo. Deinde vtruz ab ipa creatione fuerit distinctio illorum ordinum. Ordo angelorum dicitur multitudo celestium spirituū qui inter se in aliquo munere gratie similantur. sicut ⁊ in naturaliū datorum munere conueniunt. Ut verbi g̃tia. Seraphin dicuntur qui pre alijs ardēt charitate. Seraphin enim interp̄tatur ardens vel succendens. Cherubin qui p̄ alijs in scientia eminent. Cherubin em̄ interp̄tatur plenitudo scientie. Thronus dicitur sedes. Throni autem vocantur (vt beatus Gregorius ait) qui tanta diuinitatis gratia replentur. vt in eis sedeat deus: ⁊ p eos iudicia decernat atq̄ informet. Dominationes vocātur qui p̄ncipatus ⁊ potestates transcendunt. Principatus dicun᷑. q̄ sibi subiectis que sunt agenda disponunt. eisq̄ ad explenda diuina mysteria p̄ncipantur. Potestates nominan᷑ hi qui b̄ ceteris potentius in suo ordine acceperunt. vt virtutes aduerse eis subiecte eorum refrenentur potestate: ne homines tātum temptare valeant q̄tum desiderant. Uirtutes vocan᷑ illi p quos signa ⁊ mirācula frequēt fiunt. Archangeli qui maiora nunciant. Angeli qui minora. Gregō.

q̄ hec nomina nō ꝓpter se ſʒ ꝓ
pter nos eis data ſunt que aſſupta
ſunt a donis gre que nō hñt ſingu
lariter ſed excellenter et a p̄cipuis
nominañt. c

Hec noīa illis non

ꝓpter se: ſ̄ ꝓp̄ nos eis data ſunt Qui em̄
ſibi noti ſunt contemplatiōe. nobis innote-
ſcunt cognominatōe. Et nominañt ſinguli
ordines a donis gratiarum: q̄ non ſingula-
riter: ſed excellenter data ſunt in partici-
patione. In illa em̄ celeſti curia vbi plenitu-
do boni eſt. licet quedam data ſint excellē-
ter. nihil tñ poſſidetur ſingulariť. Oia em̄
in omnibus ſunt. non q̄dez equaliter. quia
alij alijs ſublimius poſſident. que tñ omēs
habent. Cū q̄ omnia dona gratiarū ſupe-
riores ordines ſublimius ⁊ ꝓfectius perce
perint. tamen ex p̄cipuis ſortiti ſunt voca-
bula. inferioribꝰ cetera relinquentes ordini
bus ad cognominationem. Ut ſeraphin q̄
ordo excellentiſſimus eſtimatur. tam dile-
ctionem q̄ cognitionem diuinitatis ⁊ cete
ra ⁊ tutum dona ceteris omnibus ſ̄blimi-
⁊ ꝓfectius ꝓcepit. ⁊ tamen ab excellentio-
ri dono. id eſt a charitate nomen accepit il
le ſuperior ordo. Q̄ maius em̄ donum ē ipa
charitas q̄ ſcientia. Jtez maius eſt ſcire q̄
iudicare. ſcientia nanq̄ informat iudiciū.
Jdeoq̄ ſecundus ordo a ſecūdo dono. id
eſt cognitione veritatis apellatus eſt. ſcili
cet cherubin. Jta ⁊ de alijs intelligendum
eſt. Aſſignatur ergo excellentia ordinū ſ̄m
excellentiam donorum. Et tamen ſic Gre-
gorius ait. illa dona omibus ſunt commu-
nia. Omēs em̄ ardent charitate: ⁊ ſcia ple-
ni ſunt. ſic ⁊ de alijs. Sed ſupiores alijs ex
cellentius. vt iam dictum eſt. ipa accepe-
rūt a q̄bus ⁊ nominañt. Ait Greg⁹. In il
la ſumma ciuitate quiſq̄ ordo eius rei cen-
ſetur nomine. quam plenius accepit in mu
nere.

Queſtio ex verbis Gregorij orta
d

Bz oritur hic que-

ſtio taľ. Si quiſq̄ ordo ab illo dono noiaľ
quod plenius poſſidet. tunc cherubin i ſci-
entia p̄eminet omnibus. q̄ a ſcientia noia-
tur. Sed q̄ magis diligit: plus cognoſcit.
Tm̄ em̄ (vt tradit autoritas) cog̃ſcit ibi q̄ſ

q̄ q̄tum diligit. Jtaq̄ ſeraphin nō ſolū in
charitate: ſed etiam in ſcia p̄eminēt. Jdeo-
q̄ autoritas illa ſic videtur intelligenda vt
compatio non referatur ad omnes ordies:
ſed ad quoſdam. ſ. inferiores. Jlle em̄ ordo
non plenius ſeraphin accepit ſcientiam in
munere. ſed plenius alijs ordinibus q̄ ſunt
inferiores. Nec nominañ q̄ſq̄ ordo ab om
ni re. quam plenius alijs accepit. ſed ab ali
qua rerum quas accepit. Vel poteſt com-
paratio referri nō ad ip̄os ordines: ſed ad
alia dona. nec ad omnia alia dona: ſ̄ ad q̄-
dam. Sicut enim hoies cum plura habeāt
dona. quedam alijs excellentius poſſident
Jta forte ⁊ angeli quibuſdā munerib⁹ ma-
gis pollent. ⁊ alijs q̄buſdam minus.

Explanatō il
le autoritatis

Alia declara
tio eiuſdem

Utrū ordines ab initio creatiōis
ita diſtincti fuerint. e

Jam nunc inquire

re reſtat. Utrū ⁊ iſti ordines a creatōis ini
tio ita fuerint diſtincti? Q̄ ita fuerūt diſtin
cti a p̄mordio ſue ꝓditiōis vid⁹ teſtimonio
autoritatis inſinuari. que tradit de ſingul⁹
ordinibus aliquos cecidiſſe. De ordie nan
q̄ ſupiori lucifer ille fuit. quo null⁹ digni-
or ſtonditus fuit. Apls etiam p̄ncipatus ⁊
ptātes tenebrarū noīat oñdens de ordini-
bus ill' cecidiſſe. qui cum in maľ miſteriuz
exerceāt. nō tm̄ penit⁹ noīb⁹ ordinū ſuoruz
p̄uati ſunt. Sed non videť illō poſſe ſtare.
Nō em̄ tūc charitate ardebāt nec ſapia pol
lebant. nec q̄ in eis deus ſedebat. Si enim ſ̄
habuiſſent: nō cecidiſſent. Nō g̃ tunc erāt
cherubi vl' ſeraphi vl' throni. Ad q̄ dici-
mus q̄ ań caſuz q̄rūdā nō erāt iſti ordines
q̄ nondū habebāt dona in quoz p̄ticipa-
tionib⁹ ꝓueniūt. Sz q̄buſdā cadētib⁹ alijs
apoſita ſunt. eiſq̄ q̄ ceciderūt collata fuiſ-
ſent eadē dona ſi pſtitiſſent. Jō q̄ ſcriptura
dicit de ſingul' ordinibus aliq̄s cecidiſſe. ñ
q̄ fuiſſent in ordinibus ⁊ poſtea corruerť.
ſ̄ q̄ ſi pſtitiſſent eoz aliq̄ in ſingul' fuiſſent
ordinibus. q̄ ⁊ in nature tenuitate ⁊ i forme
pſpicacitate differētes g̃dus habebant ſic
illi q̄ pſtiterūt. Alij em̄ vt p̄dixim⁹ ſupio
res. alij inferiores conditi ſunt. Supiores
q̄ naťa magis ſ̄btiles ⁊ ſapia magis pſpica
ces. Jnferiores q̄ naťa min⁹ ſ̄btiles. ⁊ intel
ligētia min⁹ pſpicaces facti ſunt. Has aūt
inuiſibiles differentias inuiſibiliū ſolus il-
le ponderare potuit q̄ oia in numero ⁊ men
ſura ⁊ pondere diſpoſuit. id eſt in ſcipſo

Q̄ aň caſum
quorūdā fue-
rint ꝑti ordies
q̄ non habe-
bāt dōa gra
que q̄buſdaz
cadētib⁹ alia
apoſita fue
runt.

qui est mensura omni rei modū pfigens. et numerus omni rei speciem pbens. ꝛ pondus oēm rem ad stabilitatem trahens. id ē terminans ꝛ formans ꝛ ordinans omnia.

Utrum omnes angeli eiusdem ordinis sint equales. f

De opere secunde diei. qua factuz est firmamentū. a

Dixit quoqz deus fiat firmamentū in medio aquarū et diuidat aq̄s ab aquis. Diuisitqz aquas q̄ erant sub firmamento ab his q̄ erant sup firmamentuz Sciendum est qz illius celi describitur hic creatio. sicut ait Beda sup Gen̄. in quo fixa sunt sidera cui supposite sunt aque in aere z in terra. z supposite alie. de quibus dicitur. Qui tegis aquis superiora ei. In medio ergo firmamentum est. id est. sidereum celum. quod de aquis factum esse credi potest Crystallinus enim lapis cui magna est firmitas z perspicuitas de aquis factus est Si quem vero mouet. quomodo aque nature fluide z in ima labiles super celuz possint consistere. de deo scriptū esse meminerit. Qui ligat aquas in nubibus suis Qui enim infra celum ligat aquas ad temp̄ vaporibus nubium retentas. potest etiam super celi speram non vaporali tenuitate sed glaciali soliditate aquas suspendere ne labantur. Quales autem et ad quid condite sint. ipse nouit qui condidit. Ecce ostensuz est his verbis quod celū factum sit. scz illud in quo sunt fixa sidera. id est quod excedit aerem. z de qua materia scilicet de aq̄s et quales sint aque q̄ super illud celū sunt. scz vt glacies soliditate.

DI. XIIII

Beda ad celū dicit creari.

De qua materia sit factum illud celum.

Quo aq̄ possint esse sup celū z quales sunt ille aque

// Alij putant celum illud esse ignee nature quibus consentit Augustinus. b

Quidam vo celuz

quod excedit aeris spacia ignee nature dicunt. asserentes super aerem purum ignez esse. qui dicitur esse celuz. de quo igne sidera z luminaria facta esse coniectant. Quibus Augustinus cõsentire videtur. Utrũ vero nomine firmamenti celum quod excedit aerem an ipse aer hic intelligatur. idem Augustinꝰ querit nec soluit. Magis tamẽ approbare videẽ celum illud hic accipi qđ spacia aeris excedit. Aquas autem que super illud celum sunt dicit vaporaliter trahi z leuissimis suspendi guttis. Sicut aer iste nubilosus exalatione terre aquas vaporaliter trahit et ꝑ subtiles minutias suspẽdit et post corpulentius conglobatas pluuialiter refundit. Si ergo potest aqua sicut videmus ad tantas minutias peruenire vt ferat vaporaliter super aerem aquis naturaliter leuiorem. Cur non credamus etiaz super illud leuius celum minutioribus guttis et leuioribus imminare vaporibus. sed quoquo modo ibi sint. ibi esse non dubitamus.

Augusti. sup Geñ.

Que sit figura firmamenti. c

Queri etiã solet cuius figure sit celuz: Sed spiritussanctus q̃ uis autores nostri sciuerint per eos dicere noluit. nisi quod prosit saluti. Querit etiã si stet an moueat celum: Si moueat inquiunt q̃modo est firmamentuz: Si stat: q̃modo in eo fixa sidera circumeũt: Sed firmamentum dici potest non ꝓpter stationẽ sed ꝓpter firmitatem vel terminũ aquarum intransgressibilem. Si autem stat. nihil impedit moueri et circũire sidera.

Utruz stet an moueat celũ.

Quare dicat firmamentũ.

Quare tacuit scriptura ꝺ opere secunde diei qđ in alijs dixit. d

Post hoc queri solet quare hic non est dictum sicut in aliozũ dierum operibus. vidit deus ꝙ esset bonũ Sacramentuz aliquod hic commendatur. Ideo enim fortassis non est hic dictum qđ tamen sicut in alijs factum est: quia binarius principium alteritatis est et signum diuisionis.

De opere tertie diei qñ aque congregate sunt in vnũ locum. e

Congregentur aque in locum vnum z appareat arida. Tertie diei opus est congregatio aquarum in vnum locuz. Congregate sunt enim omnes aque celo inferiores in vnam matricẽ. vt luxque preterito biduo aq̃s clara luce lustrauerat: i puro aere clariꝰ fulgeat et appareat terra que cooperta latebat. et que aquis limosa erat fieret arida et germinibus apta. Eodem eñ die ꝓtulit terra herbam virentem lignumq̃ faciens fructum. Si autem queratur vbi cõgregate sint aque que totuz texerant spacium vsq̃ ad celum: ꝓtuit fieri vt terra sꝫ sidens cõcauas partes preberet vbi fluctuantes aquas reciperet. ꝓtest etiam credi primarias aquas rariores fuisse que sicut nebula tegerent terras. sed congregatione esse spissatas. z ideo facile in vnuz posse redigi locum. Cunq̃ multa cõstet esse maria z flumina. in vnum tamen locum dicit aq̃s congregatas propter continuationem omniuz aquarum que in terris sunt. quia cuncta flumina z maria magno mari iungũtur Ideoq̃ cum dixerit aquas cõgregatas in vnum locum. deinde dicit pluraliter. congregationes aquaruz propter multifidos sinus earum quibꝰ oñibus ex magno mari ꝓncipiũ est.

Bede.

Ubi cõgregate sunt aque

Quo omnes aq̃ sint in vnũ locuz congregate cũ multa sint maria et flumina.

De opere quarte diei qñ facte sunt luminaria. f

Fiant luminaria in firmamento celi. z diuidãt diem a nocte. In precedenti triduo dispositus est vniuersitatis huiꝰ mundi machina z partibus suis distributa. Formata enim luce ꝓma die que vniuersa illustraret. duo sequẽtes dies attributi sunt supreme z infime parti mundi firmamento. s. aeri terre z aque. Nam secunda die firmamẽtum desuper expansuz est. Tertia vero aq̃rum molibus inter receptacula sua collectis terra est reuelata atq̃ aer serenatus. Quatuor ergo mundi elemẽta illis diebus suis locis distincta sunt z ordinata Tribus autem sequentibus diebus ornata sunt illa q̃tuor elementa. Quarta eñ die ornatuz est firmamentum sole z luna z stellis. Quinta

Q̃ triduo ꝓcedenti facta est dispositio z distinctio quatuor elemẽtorum et triduo sequẽti ornatus est mũdꝰ

aer in volatilibus et aque in piscibus ornamenta acceperunt. Sexta accepit terra iumenta et reptilia ꝛ bestias. post que oia factus est homo ō terra et in terra. non tñ ad terrā nec ꝓpter terram. sed ad celum et ꝓpter celum.

Ante alia de ornatu celi agit sicut prius factum est. §

Qua vtilitate facta sunt celi luminaria.

Quia ergo celuz ceteris elementis speciem prestat. priusq; alijs factum est. ideo ante alia ornatur in qrto die quo fiunt sidera. Que ideo facta sūt vt p ea illustret inferior pars ne esset habi tantib⁹ tenebrosa. Infirmitatiq; hominuz prouisum est vt circūeunte sole potirentur homines diei noctisq; vicissitudine ꝓpter dormiendi vigilandiq; necessitatē. et ideo ne nox indecora remaneret sed luna ac sideribus consolarentur homines quib⁹ in nocte operandi necessitas incumberet. ꝛ quia quedam animalia sunt que lucem ferre nō possunt. Quod autem subditur. Et sint in signa ꝛ tempora et dies et ānos. quomodo accipiendum sit queri solet? Ita em̄ dictuz videtur quasi quarto die cepissent tempora. cum prius triduum sine tempore nō fuerit. Ideoq; tempa que fiunt per sidera nō spacia morarum sz vicissitudinē aeree qualitatis debemus accipere. quia talia motibus siderum fiunt. sicut dies et anni quos vsitate nouimus. Sunt enim in signa serenitatis et tempestat|. ꝛ i tempora. quia per ea distinguim⁹ quattuor tempora anni scilicet. ver. estatem. autumnum hiemē. Vel sunt in signa et in tempora. id est. in distinctionem horarum. quia priusq; fierent. ordo temporuz nullis notabatur inditijs vel meridiana hora vel qualibet hora. Hec qrta die facta sunt.

Duo accipiē duz sit qd ait vt sint i signa ꝛ tempora.

Ista est distinctō. xiiij. h⁹ secundi libri. In qua magister post q̄ egit de opere prime diei scz de ꝓductione lucis. incipit agere de operib⁹ subsequentium dierum. scz de productione corporis firmamenti et elementorum. Et tria facit. Nam primo agit de firmamenti productione. Secundo de aquarum supercelestium congregatione. Tertio de solis et lune et aliarum stellarum collocatione. Primum facit a principio distinctiōis vsq; ibi. Sequitur dixit Secundum ab inde vsq; ibi. Sqđ dixit deus fiant Tertium vero vsq; ad finem distinctionis. Et tantuz in generali. In speciali autem sententia magistri stat in trbus propositionibus quaꝝ prima est hec. Deus secunndo die fecit firmamentum. id est celum sidereum in medio supercelestium ꝛ subcelestium aquaꝝ Hanc enim propositionem magister probans dicit. q̄ deus secundo die fecit firmamentuz: quod ꝑm Bedam celum sidereum dicitur habens aquas supra se ꝛ infra se. quod non est mirum diuina virtute esse factum. cum videmus aquas vaporabiliter eleuari in celum Unde ꝛ super firmamentum glaciei soliditate aque suspenduntur ne labantur. Postea querit tres questiones. quaruz prima et vltima omissis secundā ponit. s. Utrum celum stet vel moueatur. Q̄ nō mouetur arguit sic. quia si sic tunc non esset firmamentum. Si autem semper stat tunc non mouentur sidera fixa in eo. quod est falsum. Ad quod respondens neutram partem determinate ponit. sed soluit argumentū dicens. q̄ si moueretur adhuc posset dici firmamentum: propter sui firmitatem in substantia. et nō propter stabilitatem in situ. Si autem stat possibile est sidera moueri in eo ipso stante. Secūda positio est hec. Deus tertia die per aquarum supercelestium adunationez serenauit aerem ꝛ fecundauit terram ad productionem arborum et herbarum. Hanc enim propositionem magister probando dicit. q̄ op⁹ tertie diei sit congregatio aquarum in vnum locum que sub celo sunt. Ex qua cōgregatione terra et aer clariora apparuerunt. Unde et in eodez die herbe virorem ꝛ ligna fructum fecerunt Si autem queratur vbi sunt congregate aque que totuz texerunt spaciū vsq; ad celum. Dicit q̄ illa congregatio fieri potuit. vel q̄ aque cancaultates terre subintrauerunt. Vel quia aque que prius erant rariores terram per modum nebule tangentes inspissate fuerunt. et dicūtur congregate in vnum locum. non obstante q̄ sunt in multis locis. et hoc propter cōtiguitatem earum ad inuicem quia omnia flumina ꝛ omnia maria in mari magno ad minus occultis meatibus iunguntur.

Tertia propositio est hec. Deus quarto die sole et luna et stellis ornauit firmamentuz vt essent in signa horarum et tempoꝝ. Hanc enim propositionem magister probans assumit q̄ in tribus diebus dispositta est vniuersalis mūdi machina. ꝛ partibus suis distributa. Quare etiaz primo die facta est lux que vniuersa illustrat. Secunda vero die firmamentum seu celum sidereum. Tertia vero die facta est distinctio superioris partis mundi. scilicet nature elementaris. Unde tres dies que sequuntur spectant ad ornatum eorum que in tribus primis diebus sunt distincta: q̄ quartus dies spectat ad ornatum celi. id est. firmamti. Quintus ad ornamentum aeris et aque. Sextus ad ornamentum terre. Celum autem ante alia quarto die ornatur: eo q̄ dignius est omnibus elementis. Imponuntur q̄ sibi ad ornamentum sol et luna et sidera ad inferiores partis mundi illuminationem. et etiam ad animalium seu hominum vtilitatem et noctis et diei decorem. Et subdit etiam q̄ sunt facta in signa et in tempora Jn signa quidem eo q̄ aeris qualitatem vel aeree qualitatis vicissitudinem sicut serenitatem aut tempestatem significant Jn tempora vero quia partes temporis distinguunt. videlicz veris estatis. autumni. hiemis que sunt quatuor anni tempora. Uel enim sunt in signa et tempora. id est. in distinctionem horarum et temporum quia ante motuz ipsorum ordo temporis nullis notificabatur inditijs Et tñ in speciali.

// De opere quinto diei quādo creauit deus ex aquis volatilia et natatilia. a

DI. XV

Dixit etiaz deꝰ ꝓducant aque reptile anime viuẽtis ⁊ volatile sup terram ⁊c. Opꝰ ḡnte diei est formatio piscīū ⁊ auiū. quibꝰ duo elemẽta ornant. ⁊ de eadẽ materia. i. de aq̃s pisces et aues creauit. volatilia lauãs in aera. et natalitia remittens gurgiti.

De opere sexte diei qñ creata sunt animalia ⁊ reptilia terre. b

Sequit. Dixit deus. ꝓducat terra animã viuentẽ: iumẽta et reptilia ⁊ bestias terre. ſm species suas ⁊c. Sexte diei opus describit cuz terra suis animalibus ornari dicit.

Utrū post peccatuz venenosa animalia noxia facta fuerint. an ꝓpt peccatuz nocere ceperint prius facta innoxia. c

Queri solet de venenosis et pnitiosis animantibꝰ. vtrū post pctm̃ hois ad vindictã creata sint. an potius creata innoxia pctoꝛibꝰ nocere ceperint Sane dici põt. q creata nihil homi nocuissent si nõ peccasset. ꝓuniendoꝛ nanq̃ vitioꝛū et terrendoꝛ. vel ꝓbande vel ꝓficiendo ⁊ ꝓfruende ꝙtutis causa nocere ceperẽt. Fuerunt ergo creata innoxia. ſ ꝓpter peccatū facta sunt noxia.

Utrū minuta animalia tunc creata fuerint. d

De quibusdam etiam minutis animãtibꝰ questio ē. Utrū in ꝓmis ꝓditionibꝰ creata sint. an ex rebꝰ coꝛruptis postea orta sint: ꝓleraq̃ em̃ de humidoꝛ coꝛpoꝛuz vitijs vel exalationibus terre siue de cadauerib' gignunt. Quedã etiã de coꝛruptione lignoꝛ et herbarum et fructuū. et deꝰ autoꝛ oim est. ꝓpõt aũt dici q ea q̃ de coꝛpoꝛibꝰ aialiū maxime moꝛtuoꝛū nascunt: cũ aialibꝰ creata nõ fuerint. nisi potentialr et materialiter. Ea ꝙo que ex terra vel ex aquis nascunt vel ex eis q̃ terra germinãte orta sunt. tũc creata fuisse nõ incongrue dici põt.

Quare post oĩa factꝰ est hõ. e

Omnibus aũt creatis atq̃ dispositis nouissime factus est hõ tanq̃ dñs ⁊ possessoꝛ. q ⁊ oibꝰ ꝓferẽdꝰ erat vñ sequit. Vidit deꝰ q̃ esset bonū. ⁊ ait Faciam⁹ hoiem ad imaginẽ ⁊c. Sz anteq̃ de hois creatiõe tractem⁹: qđ supꝛa breuit tetigim⁹ pleni⁹ ꝙsantes clarius faciam⁹. In hac em̃ reꝛ distinctione catholici tractatores dissentire vt supꝛa dixim⁹ inueniuntur Alijs dicentibꝰ res creatas atq̃ distinctas ſm spẽs suas p inꝛualla sex dieꝛ. Quoꝛuz sñie. qꝛ lra Geñ magl inꝛuire videt atq̃ catholica eccl'ia magla ꝓbat. iõ hacten⁹ studiose docuim⁹ qũo ex illa cõi materia ꝑ informit facta postea coꝛpaliũ reꝛ genera p sex dieꝛ volumina distinctim sint formata Alijs aũt videt q non p inꝛualla tẽpoꝛ facta sint. ſ simul ita formata ad esse ꝓdierũt Qđ Aug⁹. sup Geñ. plurib⁹ mõis nitit oñdere. dicẽs elemẽta q̃tuoꝛ ita formata sicut mõ apparẽt ab initio extitisse. et celũ sideribus ornatũ fuisse. Quedã ꝙo nõ formalit sed materialiter tunc facta fuisse Que post per temꝑis accessum formaliter distincta sunt. vt herbe. arboꝛes et forte animalia. Omnia q̃ in ipo tꝑis initio facta esse dicũt ſ q̃dã formalit ⁊ ſm spẽs q̃s hre cernimus vt maioꝛes mũdi ptes. q̃dã ꝙo materialit tm̃. Sz vt dicũt: moyses loquẽs rudi ⁊ carnali ꝓ'lo locutiõis modũ tꝑauit de deo loquẽs a sili hois q̃ p moꝛas tẽpoꝛũ opa sua ꝓficit. cũ ipse simł sua opa fecerit. Vñ Augu. Jõ inq̃t moyses diuisim refert deũ illa opa fecisse. qꝛ nõ potuit simul ab hoie dici qđ a deo simł potuit fieri. Itẽ ꝓpotuit diuina dere scriptura loquẽdi tꝑib⁹. qđ deꝰ opandi tꝑib⁹ nõ diuisit. Illi q̃ his autoꝛitatibꝰ ⁊ alijs hmõi iherẽtes. dicũt q̃tuoꝛ elemẽta atq̃ celi luminaria ita formata simł eẽ ⁊ habuisse illos sex dies q̃s scꝑtura cõmemoꝛat sex rerũ genera. i. distinctiões appellãt. q̃ sił facte sunt. ꝑtim formalr. ꝑtim causaliter.

Quo intelligendũ sit deũ reqeuisse ab omni opere suo. f

Jam de septime diei reqre aliq̃d nos eloq̃ oportz. Scꝑtũ ē: qꝛ ꝓpleuit deꝰ die septio opꝰ suũ. ⁊ reqeuit die septio ab vniũso ope qđ patrarat Reqeuisse doꝛ deꝰ die septio nõ q̃si opando lassus. ſ ab vniũso ope reqeuit. qꝛ nouã creaturã facere cessauit Reqescere em̃ cessare doꝛ. Vñ i Apoc. doꝛ. Nõ habebãt reqez dicẽtia Sãctꝰ scũs scũs. i. dicẽ nõ cessabãt. Requieuisse ḡ deꝰ dicit. quia cassauit a faciendis ge-

Antecꝛ descriptura homie agat de mõ me ꝓditionirerũ vñ supꝛa breuit tetigi pleni⁹ agit vb viri catholici dissẽtire vdentur.

Alijs dicentibus mũdũ materia ⁊ forma ita fuisse simł. alijs vero ꝑ interualla tꝑm ⁊ diem ſm q̃ exposꝛtiõm̃issa buusq̃ deducta est.

Hic prosequitur opinione illoꝛ qui simoñia facta crtendunt.

neribus creature. qz vltra noua nõ ꝓdidit Vsqz nũc tamen vt ẏitas in euãgelio ait. opaꝝ pater cũ filio. s. aministratione eoꝝ dem geneꝝ q̃ tunc istituta sunt. Creatoꝛis em̃ ẏtꝰ causa subsistẽdi ẽ oĩ crature. Ad ḡ ꝺz. Pater meꝰ vsqz mõ opaꝝ: et ego opeꝛ. illud vniuerse creature ꝓtinuã aministratione ostẽdit. Die ḡ septimo requieuit vt nouam creaturã vlterius nõ faceret. cuius materia vel similitudo non p̃cesserit. sed vsqz nunc opaꝝ. vt qđ ꝓdidit cõtinere et gubernare nõ cesset.

Qualiter accipiẽdum sit qđ dicit deus complesse opus suum septimo die. cum tunc requieuit ab omni opere suo. g

Sed queritur quo modo septimo die dicaꝝ deus ꝓplesse opꝰ suũ. cuz ab omni ope illo die reqeuerit. nec aliqđ genus nouũ reꝝ fecerit? Alia translatio habet. Consummauit deus die sexto opa sua que nihil questionis affert. qz manifesta sunt que in eo facta sunt et omnium cõsummatio eo die pfecta ẽ. sicut scriptura ostendit cũ ait. Vidit deus cũcta que fecerat et erant valde bona. Omnia quidez naturaliter bona erãt nihilqz in sui natura vt tỹ habentia. et sunt bona que ꝓdidit deus etiam singula. Simul vero vniuersa valde bona. quia ex oĩb⁹ consistit vniuersitatis ammirabilis pulchritudo. in qua etiaz illo qđ malũ ꝺz: bene ordinatũ z loco suo positum eminentiꝰ ꝓmẽdat bona. vt magis placeant z laudabiliora sint dũ compant maꝝ Sexto ḡ die facta ẽ opeꝝ cõsummatio Jõ p̃missa oꝛit questio qũo dicaꝝ deꝰ die septimo opus suũ ꝓplesse. qđ hebraica veritas habet in q̃ tñ nihil nouuz creasse dicit. nisi forte dicaꝝ die septimo cõpleuisse opꝰ suuz qz ip̃m bñdixit et sanctificauit sicut subĳcit scriptura. Bñdixit diei septimo z sanctificauit illũ Opꝰ em̃ ẽ bñdictio z sanctificatõ sicut Salomon aliquid operis fecit cũ templum dedicauit.

Scõm aliam lĩm nihil ibi e questõnis cã sequitur Augustinus

Te redit ad qstionẽ po si. s. qño ve ri sit deũ se pno die cõ pse opꝰ suũ

Que sit benedictio et sanctificatio septime diei. h

Illum autem diez sanctificasse z bñdixisse dicitur. quia mistica p̃ceteris bñdictõe z sanctificatione eum donauit. Vnd in lege dicit. Memẽto sanctificare diem sabbati. Et inde est q numerando dies. vsqz ad septimũ p̃cedimus et dicimus septem esse dies quoꝝ repetitõne omne tempus agit. nõ q̃n alius sit ab illis dies octauus et nouus. z sic de ceteris. Sz qz in sex diebꝰ reruz genera distincta sunt. z in septimo licz nõ fuerit nouũ genus reꝝ institutuz. fuit tñ in eo quasi quidã nouus status sanctificatiõis opeꝝ et requietõis opificis. Potest etiã sic exponi illud. Compleuit deus die septimo opus suum. i. cõpletum z ꝓsummatũ vidit.

Jsta est distinctio. xv. huiꝰ secũdi libri. In qua quidem distinctione magister posqz egit de ornatu firmamenti. agit hic ꝓsequẽter de ornatu aeriu z aque. Et tria facit. Nam primo agit de ornatu aeris. z similiter de ornatu aque. seu etiaz de opere q̃nte diei. Scõo agit de ornatu terre. seu etiam de opere sexte diei. Tertio de septime diei reqe p̃mũ facit a p̃incipio distinctionis vsqz ibi. Sequitur dixit deus ꝓducat. Scõm ab inde vsqz ibi. Jã de septime diei requie Tertiũ vsqz ad finẽ distinctionis. Et tñ in generali. Jn speciali aũt sententia mgrĩ stat in tribus ꝓpositionibꝰ quaꝝ p̃ma est hec. Deus q̃nto die volatilibus et natatilibus de aqua factis aerẽ et aquã adornauit. Hanc mgr̃ insinuãs dicit q opus q̃nte diei ẽ ornatio duoꝝ elementoꝝ. s. aque z aeris. p volatilia z natatilia. que de aqua tanq̃ ex materia sui sunt creata. ex quibus aues seu volatilia eleuauit deus in aerem. pisces aquis ad ornatum relinquens

Scõa ꝓpositio est hec. Deꝰ sexto die iumẽtis. reptilibus et bestijs terre de terra formatis terrã decorauit. Hanc mgr̃ insinuãs dicit q ope sexte die ornata fuit terra iumentis. reptilibꝰ z bestijs z alijs consimilibꝰ. Postea mouet duas questiones quaꝝ p̃ma est. An nociua animalia aut venenosa etiã tunc a deo facta fuerũt. Et rñdens dicit q illa animalia creata fuerunt innoxia. sed hoie peccante facta sunt nociua vt p ea vitia puniren̄. z vt virtus probaretur.

Secũda questio est. An minuta animalia que ex putrefactione nascunt etiã tunc ꝓducta fuerũt. Et respondens dicit. q illa que putrefactiõe nascunt cũ alijs animalibus ꝓducta non sunt nisi materialiter. Et subdit q nouissimus omniũ animaliũ fuit hõ tanq̃ omniũ dominatoꝛ. Addens q circa rerũ creationem due solẽnes opiniones fuerunt. quarum p̃ma dicit. q p sex dierum interualla omnia esse formata z p spiritũsanctũ esse distincta. Alia dicit oia simul esse. ꝓdita et distincta. Tertia ꝓpositio est hec. Deus septimo die dicit quieuisse et opus suũ cõpleuisse. qz vlterius nouã creaturã non ꝓdidit que in se materialiter vel in suo simili nõ fuerit licet tñ res ꝓductas benedixit et sanctificauit. Hanc ꝓbans querit. Cur deus dicaꝝ ꝓsummasse opus p requiem die septimo cũ tñ ꝓpleuerit ipsum die sexto Ad quod rñdens dicit deũ opꝰ suũ cõpleuisse et sexto die et septimo. sexto quidem. qz tũc oĩa pfecit. Septimo autem quia vltimũ opus sanctificationẽ. s. adhibuit. Unde et septimus dies mistica quedaz ratione sanctificatus cõsueuit appellari: Et tñ in speciali.

De hominis creatione vbi cõsiderandum est quare creatus sit homo. et qualiter sit institutus. que duo supza tractata sunt. et qualis

fact⁹ et qualiter lapsus. postremo quomodo sit reparatus. que discutienda sunt. a

DI. XVI

Hijs excursis que supra de hominis creatione p̄misim⁹ effectui mancipare atq; ordine explanare nunc suscipim⁹ vbi hec ꝓsideranda videnť scz quare creat⁹ sit hō. et qualiť institut⁹. et qualis et qūo factus. Deinde qualiter sit lapsus. postremo qualiter et p̄ que sit reparatus. Hoꝝ aūt p̄mo et secūdo posita. i. causam creatiōis hūane et modum institutionis superius p̄ modulo nostre facultatis tractauimus. Ideoq; supest vt qualis vel qūo fact⁹ sit discutiamus. In Geñ. legiť. Faciamus hoiem ad imaginē ⁊ similitudinez nr̄am ⁊c̄. In eo q̄ dicit faciam⁹. vna opatio triū p̄sonaꝝ ostēdiť. in hoc vero q̄ dicit ad imaginē ⁊ similitudē nr̄am. vna et equalis substantia triuz personaꝝ monstrať. Ex p̄sona eñ patris hic ꝺr ad filiū et spm̄sctm̄. Non vt quidaz putant angelis. qz dei et angelorum non est vna eadē imago vel similitudo.

Beda. Qūo intelligendū est. Faciamus hominez ad imaginem et similitudinez nr̄az

Q imago et similitudo hic a diuersis accipitur varie. a quibusdaz increata. ⁊ ab alijs creata ⁊ increata vel essentia trinitatis vel filius et spiritussanctus. b

Imago autem ⁊ similitudo in hoc loco vel increata intelligitur. i. trinitatis essentia ad quā fact⁹ est homo. vl̄ creata in qua factus est homo. et ipi hoi ꝓcreata. Increatā eñ imaginē q̄ de⁹ ē intellexisse videť Beda cū diē. nō esse vnā imaginē dei et angelorum. ꝑ triū p̄sonaruz. ⁊ tō p̄sonis nō angelis sit ibi ꝑmo. Improꝑe tñ imago ꝺr. qz imago relatiue ad alind diciť cui⁹ silitudinē gerit ⁊ ad qd̄ repñtandū facta est. sic imago cesaris q̄ ipsi⁹ similitudinez p̄ferebat ipm quodāmō repñtabat. Proprie aūt imago ꝺr id ad quod aliud fit Sic exēplū. pprie ꝺr qd̄ sumiť ex aliq̄. ⁊ exemplar. ex q̄ sumiť aliq̄d Ponit tñ ⁊ aliqñ abusiue alter⁹ p̄ altero. ita ⁊ min⁹ pprie accipiť imago: essentia trinitatis. si tñ ea noie imaginis. in hoc loco intelligiť.

Opinio eoruz qui putauerunt filium per imaginem et similitudinez hic accipi. c

Filius vero ꝓprie imago patris diciť sicut supra in tractatu de trinitate diximus. Vñ fuerūt nōnulli q̄ ita dixerūt vt imaginē in hoc loco intelligerent filium. hoiem vo nō imaginem. sed ad imaginē factum dicerēt. quos refellit apostolus dicēs. Vir quidem est imago et gloria dei. Hec nanq; imago. i. homo cū diciť fieri ad imaginē non quasi ad filiuz dicitur fieri. alioquin nō diceret ad imaginem nostram. Qūo eñ nr̄am diceret. cū filius solius patris imago sit. Fuerunt autem ⁊ alij ꝑspicatius hoc tractantes qui p̄ imaginem filium ⁊ p̄ similitudinē spm̄scm̄ intelligerent. qui similitudo est patris et filij. Et ideo pluraliter putauerūt dici nr̄az id referentes ad similitudinē tm̄. ad imaginē vero subintelligendū esse meā Hoiem vero ⁊ imaginē esse et ad imaginē et similitudinez facto esse tradiderunt. et imaginem imaginis esse et similitudinis.

August. in. vij. li. de trinitate.

Aliorum dnio.

Nec horum scientiaz approbat. sz imaginem et similitudinem dei in homine querendaz et considerandam docet vt imago et similitudo creata intelligať. d

Verūtamē hec distinctio lz re ꝑbabiľ penit⁹ nō videať. quia de medio mōtiū. i. autoritatib⁹ scōz nō manat. ꝓgruēti⁹ i ipo hoie imago ⁊ siľitudo q̄ rēda ē ⁊ ꝓsiderāda. Fact⁹ ē g̃ hō ad imaginē dei ⁊ siľitudinē ꝑm mētē: q̄ irrōnabilib⁹ añcellit. ꝑ ad imaginē ꝑm mēoriā ⁊ itelligētiā ⁊ dilectiōez. Ad siľitudinē ꝑm inocētiā ⁊ iusticiā. q̄ i mēte rōali naťaľr sūt. Vl̄ imago ꝓsiderať in cognitōe ꝟitaľ. siľitudo in amore ꝟtuť. vl̄ imago i alijs oib⁹. siľitudo i cētia. qz ⁊ imortaľ ⁊ idiuisibiľ ē. Vñ Augu. i li. ð q̄ntitate aie. Aia fcā ē siľis deo. qz imortalē ⁊ idissolubilē fec⁹ eā de⁹ Imago g̃ ptinet ad formā. siľitudo ad naturā. Fact⁹ ē g̃ hō ꝑm aiaz ad imaginē ⁊ siľitudinē non p̄ris vel filij vel spūsci. ꝑ toti⁹ trinitať. ita ⁊ ꝑm aiaz ꝺr hō esse imago ꝺi. qz imago ꝺi in eo ē. Sic imago ꝺr et tabula ⁊ pictura q̄ in ea ē. ꝑ ppť picturā q̄ in ea ē simť et tabľa imago apellať. Ita ppť imaginē trinitať etiā illud i q̄ ē imago noie imaginis vocať

In quib⁹ ꝓsiderať imago et simo.

Aug⁹. in. v. libro de trinitate.

q̄ homo dicitur imago et ad imaginem. filius vero imago non ad imaginem. e

Quo circa homo ⁊ imago dicit̄ ⁊ ad imaginē. filiꝰ aut̄ imago nō ad imaginē. qz natus. nō creatus. equalis ⁊ in nullo dissimilis. homo creatus est a deo nō genitus nō paritate equalis. sed q̄ dam similitudine accedēs ei. Aug̃. in lib. vij. de trinitate. In Geñ. legit̄. Faciamus hoiem ad imaginē ⁊ similitudinē nostram. Faciamus ⁊ nostram pluraliter dixit. et nisi ex relatiuis accipi non oportet vt facere intelligant̄ pater ⁊ filius ⁊ spiritꝰ sanctꝰ: ad imaginē patris ⁊ filij ⁊ spūssancti vt subsisteret homo imago dei. Sed qz nō omnino equalis fiebat illa imago tanquā non ab illo nata sed ab eo creata: Ideo ita imago dicit̄ q ⁊ ad imaginē. quia nō equatur paritate. sed accedit quadā similitudine. Filiꝰ aūt est imago. sed nō ad imaginē qz equalis patri Dictꝰ est ḡ hō ad imaginē ꝓpter imparez sili'tudinē. Et ideo nr̄az. vt imago trinitatis esse hō intelligat̄. nō trinitati equalis. sicut filiꝰ patri. Ecce ostensuz est fm quid homo sit similis deo. s. fm animam. Sed ⁊ in corpe quandā ꝓprietatem habet que hoc indicat. qz est erecta statura fm quaz corpus aie rōnali congruit. quia incelum erectū est.

Augusti.

X et fm corus potest dici factus similitudinē dei.

Jsta est distinctio. xvj. hꝰ secundi libri. In qua magister postq̄ egit de creatura pure spūali. s. angelis. ⁊ de creatura pure corpozali. Jncipit agere de composita ex spūali ⁊ corpali. s. ō hoie Et circa hoc in hac distinctione agit de productione hominis in cōmuni. Et tria facit. Nam primo oñdit qualiter homo sit factus. Secundo ad cuiꝰ imaginē sit productus. Tertio q nō sit imago que oīno adequatur dei filio: Primum facit a principio distinctōnis vsq; ibi. filius quoq;. Secundū ab inde vsq; ibi. Quo circa. Tertiū vero vsq; ad finem distinctionis. Et tm̄ in generali. Jn speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus quarum prima hec est.

Deus pater cū dixit. Faciam⁹ hoiem ad imaginez et similitudinez nr̄am loquebat̄ filio et spiritui sancto et nō spiritib⁹ quibuscūq; creatis. Hanc magister ꝓbans querit. q̄lis ⁊ quō factus sit hō. Et rñdens dic̄ q per verbū dñi imaginē et similtudinē dei sit productus. fm illud Geñ. j. Faciamus hominem ad imaginem et similitudinē nr̄am. in quibus verbis ostenditur vnitas essentie et trinitas psonarum. et sunt verba patris ad filium et spm̄sctm̄. et nō ad angelos. vt quidam dixerunt q dei et angelox non est vna eadē imago. sed bene similitudo. Secunda propositio est hec. Homo fm animam factus est ad imaginem non simpliciter vnius diuine psone sed totius trinitatis. Hanc ꝓpositionem probās recitat duas opiniones circa intellectum predictox verborum Geñ. quarum prima dicit in illo textu Geñ. q imaginem debere solum filiū intelligi. ⁊ nō hoiez. qz hō nō est imago dei sed ad imaginē dei factus. sed quia huic opinioni cō trariat̄ illud apostoli vbi dicit q vir sit imago dei et gloria dei. qua ꝓpter magister videt eam reprobare. Alia opinio dicit q filius dei sit ꝓprie imago. ⁊ spūs sanctus similitudo. ⁊ q hō sit factus ad imaginē filij et similitudinē spūssancti. Hanc opinionē magr̄ nō approbat. eo q sanctox autoritatib⁹ minime sit fulcita

Postea dicit magister hoiem esse factū ad imaginem nō cuiuscūq; singularis psone diuine. sed totius trinitatis et hoc fm naturalia. i. fm animā ad similitudinem dei factus est hō quātū ad supaddita anime cuiusmodi sunt virtutes. s. inncētie et iusticia que naturaliter in mēte rōnali existunt. Tertia propositio est hec. Hō q̄ est imago dei ad imaginē dei creatꝰ nequit adequari dei filio. qui nō est ad imaginem sed solum imago est patris rōne eterne natiuitatis. Hāc magister ꝓbans dicit q filius dei et hō dei imago sūt sz filiꝰ solū imago ⁊ nō ad imaginē qz nō creatꝰ sz natus eq̄lis pr̄i ⁊ in nullo dissimilis. hō aūt est imago ⁊ ad imaginē. qz creatꝰ nō genitꝰ nō equalis. sz q̄dā similitudine accedēs Et hāc mgr̄ confirmat autoritate br̄i Augu. Et sicut pr̄i⁹ dcm̄ est q nulla imago trinitatis create ē sine magna similitudine imaginis īcreate repsentatiua ꝓpter realē dr̄am q̄ inē illas imagines psideraē. ita etiā nec est hō ad imaginē dei creatꝰ pōt adequari filio in diuinis q̄ est pr̄is imago ꝓpē diuersitatis distātiā inē dei filiū ⁊ hoiez. Et tm̄ in speciali

De creatōne aie vtrū de aliquo facta sit vel nō. et qñ facta. et quam gratiam habuerit in creatioe. a

Hic de origine DI. XVII.

h anime plura queri solent. scilz vnde creata fuerit. et quando. et quaz gratiā habuerit in creatione? Sicut hominis formatio fm corpꝰ describit̄ cū dicit̄ Formauit deꝰ hoiem de limo terre. ita ciusdez fm aiam fectura describit̄ cum subdit̄. ⁊ inspirauit in faciē eiꝰ spiraculū vita. Corpꝰ em̄ de limo terre formauit deꝰ cui aiam inspirauit. Vel fm aliam lr̄am flauit vel sufflauit. nō q faucibus sufflauerit. vel manibꝰ corporeis corpꝰ formauerit. Spūs em̄ deꝰ ē. nec lineamēti mēbrorū compositus. Nō ergo carnaliter putem⁹ deū corporeis manibꝰ formasse corpꝰ vel faucibꝰ inspirasse aiam. fpotiꝰ hoiem de limo terre fm corpꝰ formauit iubendo. volēdo. i. voluit ⁊ verbo suo iussit vt ita fieret. et inspirauit in faciem eius spiraculum vite. id ē. substantiā aie in qua viueret: creauit. nō de materia aliq̄ corpali vel spūali. sed de nihilo.

Beda X nō corporeis instrumētis formasse l' sufflasse deus dicitur.

Opinio quorundā hereticox q̄ putauerūt aiaz eē de substātia dei. b

Putauerunt enim

quidã heretici deum de sua substãtia aiam creasse verbis scripture ptinaciter inherẽtes. quib⁹ dicit inspirauit vl insufflauit ⁊c Cũ flat inquiunt vl spirat: homo de se flatum emittit. Sic ergo cum dr de⁹ flasse vel spirasse spiraculũ in faciez hois. ex se spiritum hois emisisse intelligit. i. de sua substãtia. Qui hoc dicunt nõ capiũt tropica locutione dictũ esse sufflauit vel flauit id est flatum hois. s. animã fecit. Flare eñ est flatũ facere. flatum facere est animã facere. Vñ dñs p esaiam. Oẽm flatum ego feci. Non sunt ergo audiẽdi qui putant aiam eẽ ptez dei. Si eñ hoc eẽt: nec a sene ab alio deci pi posset. nec ad malum faciendũ vel patiẽ dum cõpelli. nec in melius vel deteri⁹ mutari Flatus ergo quo hominẽ animauit factus est a deo. nõ de deo nec de aliqua materia sed de nihilo.

Respõsio.

Hic qñ facta sit anima. an añ corpus an in corpore. c

Sed vtrum in corpore vel extra corpus etiã inter doctos scrupulosa questio ẽ Aug̃l. eñ sup Geñ. tradit aiam cum angelis sine corpe fuisse creatã postea vo ad corpus accesisse. neq cõpulsa est in corporari sed naturaliter illud voluit. i. sic creata fuit vt vellet. sicut naturale nobis est velle viuere. Male aũt velle viuere. non nature ꝫ voluntatis est peruerse Alij vero dicũt aiam primi hominis in corpore fuisse creatam. ita exponẽtes verba illa. Inspirauit in faciẽ eius spiraculuz vite id est. aiam in corpe creauit que totũ corp⁹ animaret faciẽ tñ specialiter expssit. qr hec pars sensib⁹ ornata ẽ ad intuenda supiora Sed quicqd de anima primi hois estimeẽ de alijs certissime sentiẽdũ ẽ q in corpe creeñ. Creãdo eñ infũdit eas de⁹. ⁊ infundẽdo creat. Dicẽdũ ẽ etiã aiam illã nõ sic esse creatam. vt prescia esset operis futuri iusti vel iniusti.

Opinio Augustini.

Alioz sñia.

Qr ala illa nõ est prescia operis futuri.

In qua etate deus hominem fecerit. d

Volet etiam queri vtrũ de⁹ hoiez repẽte in virili etate fecerit an pficiendo ⁊ etates augẽdo. sic nunc format in matris vtero? Aug̃l. sup Geñ. dicit

Qr adã in virili etate ptinuo factus est. ⁊ ꝫ sm supiores nõ inferiores causas. i. sm voluntatẽ et potentiã dei quã nature generibus nõ alligauit. qualiter ⁊ vga moysi cõuersa est in draconem. Nec talia contra naturã fiunt. nisi nob quib⁹ aliter nature cursus inotuit. deo aũt natura ẽ qd facit. Nõ ergo ptra dispositionẽ suã illud fecit deus Erat eñ in prima creatura cõditione sic hoiem posse fieri. sed nõ sibi erat necesse vt sic fieret hoc eñ nõ erat in ꝓditione creatore. sed in beneplacito creatoris cui⁹ voluntas necessitas est. Hoc eñ necario futuz ẽ qd vult ⁊ pscit. Multa vo sm inferiores causas futura sunt. ꝫ in pscientia dei futura nõ sunt. Si aũt ibi aliter futura sunt potius futura sunt. sicut ibi sunt vbi pscit ille qui nõ potest falli. Sic g̃ fact⁹ ẽ adã nõ sm inferiores causas. qr nõ erat in rerũ causis seminalib⁹ vt ita fieret. ꝫ sm supiores non ptra naturã operãtes. qr in rerũ causis naturalibus erat. vt ita posset fieri.

Qr homo extra paradisuz creatus in paradiso sit positus. ⁊ quare ita factum sit. e

Hominẽ autez ita formatũ tulit de⁹. vt scriptura docz ⁊ posuit in paradiso voluptatis quẽ plãtauerat a principio. Hic vbis apte moyses insinuat q homo extra paradisuz creat⁹ postmodũ in paradiso sit posit⁹. Qd ideo factũ dr. qr nõ erat in eo pmansurus. vel vt nõ nature ꝫ gre hẽ assignare ct. Intelligit autẽ paradisus localis ⁊ corpalis in quo hõ locat⁹ est. Tres eñ generales de paradiso sententie sunt. Una coz qui corpaliter intelligi volunt tm̃. Alia eoruz q̃ spũaliter tm̃. Tertia eoz qui vtroq modo paradisum accipiũt Tertiam mihi placere fateor. vt hõ in corporali paradiso sit posit⁹. qui ab illo principio plantatus accipi põt. quo terrã oẽm remotis aquis herbas ⁊ ligna pducere iussit Qui ⁊ si pñtl ecclie vl future typũ tenet. ad lram tñ itelligẽdũ ẽ eẽ locũ ameniss̃imũ fructuosis arboribus magnũ. ⁊ magno fonte fecũdũ. qd dicim⁹ a pncipio. ãtiq trãslato diẽ ad oriẽtẽ Vñ volũt i oriẽtali pte eẽ padisũ lõgo intiacẽte spacio vl mari vl tre regionibus q̃s icolũt hoies secretũ. ⁊ i alto sitũ vsq ad lunarẽ circulũ ptingentẽ. Vñ nec aq diluuij illuc puenerunt.

Tres sñie padiso sunt que sunt.

A quo principio sit plantatus.

Qualis sit cus padisi vbi.

De lignis paradisi iter que erat lignum vite et lignum scientie bo-

ni et mali. f

In hoc autem paradiso erant ligna diuersi generis. inꝛ que vnū erat quod vocatum est lignuz vite. alterū vo lignū scie boni et mali. Lignū aūt vite dictū est sicut docet Beda et Strabꝰ qz diuinitus accepit hāc vim. vt qui ex eiꝰ fructu comederet: corpus eiꝰ stabili sanitate perpetua soliditate firmareꝯ. nec vlla infirmitate vel etatis imbecillitate in deteriꝰ vel in occasum laberet. Lignū aūt scientie boni et mali. nō a natura hoc nomen accepit. sz ab occasione rei postea secute. Arbor em̄ illa nō erat mala. sed scientie boni ⁊ mali ideo dicta est. qz post prohibitionem erat in illa trangressio futura. qua hō experiendo disceret quid esset inter obedientie bonum. et inobedientie maluz. Hō ergo ō fructu qui nasceretur inde positum est illō nomen. sed de re transgressionē secuta. Cognouit em̄ homo priusq̄ tangeret h̄ lignū bonū et malum. sed bonum per prudentiaz et experientiam. malū vero per prudentiam tantum. Quod etiā per experientiā nouit vsurpato ligno vetito. quia per experientiā mali didicit quid sit inter bonuz obedientie et malum inobedientie. Si vero p̄mi parentes obedientes essent. nec ꝓtra p̄ceptum peccassent. nō ideo tm̄ minus diceretur lignum scientie boni ⁊ mali. quia hoc ex eius tactu accideret si vsurparetur. Aligno ergo homo prohibitus est quod malū non erat. vt ipsa precepti conseruatio bonum illi esset. trangressio malum. Nec melius consideraꝯ q̄tum malum sit inobediētia q̄ hoc modo. cum scilicet ideo reus factus esset homo intelligitur. quia phibitꝰ rem tetigit. quam si non prohibitus tetigisset. nec peccasset nec penaz sensisset. Si em̄ venenosam herbam prohibitus tetigeris. pena sequitur. et si nemo prohibuisset: simiiter prosequeretur. Si etiam prohibetur res tangi que non tangenti tantum sed prohibēti obest. sicut aliena pecunia. ideo prohibitum est peccatum. quia prohibenti est damnosum. Cum vero tangitur. quod nec tangenti obest si nō phibetur. nec cuilibet si tangaꝯ. ideo phibetur vt per se bonuz obedientie et malum inobedientie monstreꝯ. Sicut primus homo a re bona prohibitus penam incurrit. vt nō ex re mala. sed ex inobidientia pena esse monstreꝯ. sicut ex obedientia palma.

Quare vocat sit lignum ētie boni et ali.

ꝛ si p̄mi parentes nō peccassent. nō iō innus scien boni ⁊ ma lignuz dicetur.

ug⁹. super neſ.

Ista est distinctio .xvij. hꝰ secūdi libri. In qua magister ostensa productione hominuz in generali. agit de productione viri in speciali. Et tria facit. Nam primo agit de ꝓductione anime qua ipsum viuificauit. Secundo de paradiso in quo ipsū collocauit. Tertio de ligno scientie quo eundem non vti sibi precipiens limitauit. Primum facit a p̄ncipio distinctionis vsq; ibi. Solet etiam queri. Secunduz vsq; ibi. In hoc autem paradiso. Tertium vero vsq; ad finem distinctionis. Et tm̄ in generali. In speciali sentētia magistri stat in tribus ꝓpositionibus quarum prima est hec. Deus qui ade animā non de diuina substantia nec de aliqua materia creauit sed ipsam ex nihilo creando eidem inspirauit. Hanc enim propositionem magister probans dicit q; anime hominis creatio exprimitur in Heñ. vbi dicit. Inspirauit in faciem eius spiraculum vite. quam quidem inspirauit et fecit nō faucibꝰ corporeis. nec de sua substantia ipsam a se efflauit vt quidā heretici opinant̄ sed dicit̄ inspirasse q̄n animā ad modum flatus de nihilo spiritualiter creauit. Sed circa hoc tunc mouet vnam questionem. Utrum scz anima creata sit in corpore vel extra corpus. Et respondens q; aliqui opinati sunt q; sit creata in corpe. Alij vero opinati sūt q; sit creata extra corpus. Sed magister de anima p̄mi hominis quo ad hoc nihil determinat. sz de alijs animabus certissime sciendum esse dicit q; in corpore creātur. Secunda ꝓpositio est hec. Deus q̄ adaz in virili etate plasmauit eundem ab extra in paradisum collocauit. Hanc em̄ propositionem magister p̄bans querit. Utruz primus homo creatus fuit in virili etate. Et respondet q; sic. sed non virtute causarum inferiorum. sed diuina virtute. quia multa sunt possibilia fm causas superiores q̄ fieri causalit̄ nō possunt fm causas inferiores. ⁊ sic virga Moysi vertebatur in draconem virtute diuina. nec talia fiūt cōtra naturam. nisi tantūmodo nobis quibus cursus nature aliter non innotuit. Et subdit magister q; hominem vt premittitur in virili etate formatum deus posuit in paradisum. Quod ideo dicit magister fuisse factum. qz nō erat in eo māsurus. vel vt cognosceret q; non esset nature eius vt in illo loco esset sz grē De quo sunt tres opiniones. Prima dicit paradisuz esse locum corporalem precise. Secunda dicit ipsum esse locum spiritualem. Tertia que magistro placet ponit vtrūq; affirmans q; spiritualiter gerat tipum ecclesie presentis vel future. ⁊ cū ad litteraz sit locus corporalis. longe a terra inhabitabili per hoies per interpositionē maris vel longo terre spacio sepatus et sui situs altitudine vsq; ad lunarem circulum ptingens. Tertia propositio est hec. Adam in paradiso de fructu ligni scientie boni et mali non a natura sed ab aduentu futuro sic dicti gustando peccauit. Hanc enim propositionem magister ꝓponit. s. in paradiso erant et diuersa ligna inter q̄ vnum dicebatur lignum vite. et huiusmodi virtutem diuinitus acceperat. vt de suo fructu comedentes ab infirmitate et morte cōseruari poterat. Aliud autem dicebatur lignum scientie boni ⁊ mali. nō a natura nec ab aliqua virtute sibi a deo indita. sz ab aduentu. qz post eius gustum homo experimentalit̄ cognouit differentiam inter bonum obedientie et maluz inobedientie. Et subdit q; esus illius ligni licitus fuit de se. sed fuit homini interdictus. et ad ostendendū q̄tum malum sit in obedicutia. etiam si fiat in his que de se sunt licita. Et tm̄ in speciali.

De formatione mulieris. a

DI. XVIII

IN eodez quoq paradiſo mlierē formauit deus de ſubſtātia viri. ſic p⁹ plantatum paradiſum hoiemq in eo poſitum. z poſt vniuerſa animalia ad eum ducta ſuiſq nominibus deſignata. ſubnectit ſcriptura. Immiſit de⁹ ſopozem in adam Cūq obdozmiſſet. tulit vnā de coſtis eius. et fozmauit eam in mulierē.

Quare virum pzius. et poſtea de viro mulierem creauit. non ſimul vtrumq. b

Hic attendendum eſt quare nō creauit ſimul viruz et mulierē ſicut angelos. ſed pzius virum deinde mulierem de viro. Jdeo ſcz vt vnū eſſet generis humani pzincipiū. ꝗten⁹ in hoc z ſuperbia diabolo ꝓfunderet. et hominis humilitas dei ſimilitudine ſublimaret. Diabolus quipe aliud a deo pzincipiū eſſe concupierat. Jdeoq vt eius ſupbia retunderet. ħ homo in munere accepit quod diabolus puerſe rape voluit. ſed obtinere non potuit Et per hoc imago dei in homine apparuit. quia ſicut deus oīibus rebus exiſtit pzincipium creatōnis. ita homo oīibus hominibus pzincipium generationis. Jdeo etiam ex vno homine oīes eſſe voluit deus. vt dū cognoſcerēt ſe ab vno eē oēs: ſe quaſi vnū amarent.

Alia ratio q̄re ex vno homine oēs homines.

Quare de latere viri nō de alia corpozis pte fozmata ſit. c

Cum autez his de cauſis facta ſit mulier de viro. nō de qualibet pte corpis viri. ħ de latere eius fozmata eſt. vt oīderet. qz in ꝓfortiuz creabatur dilectōnis. ne forte ſi fuiſſet de capite facta viro ad dominationē videret pferenda. aut ſi de pedibus ad fututez ſubijcienda. Quia igitur viro nec domia nec ancilla parabat ſed ſocia. nec ō capite nec de pedib⁹ ſed de latere fuerat ꝓducenda. vt iuxta ſe ponendā cognoſceret. quā de ſuo latere ſūptam didiciſſet.

Quare dozmienti z non vigilanti coſta ſubtracta eſt. d

Nō ſine cauſa dozmiēti quoq viro potius q̄ vigilāti detracta eſt coſta. de qua mulier in adiutoziū generationis viro eſt fozmata. ſed vt nullam in eo ſenſiſſe penā mōſtraret z diuine simꝫ potentie opus mirabile oſtēderet. que hominis dozmientis latus apuit. nec eum tamen a quiete ſopozis excitauit Jn quo etiā ope ſacramentum chzisti et eccleſie figuratum eſt. Quia ſic mulier de latere viri dozmientis fozmata eſt. ita eccleſia ex ſacremētis que de latere chzisti in cruce dozmientis pfluxerunt. ſ. ſanguine z aqua q̄bus redimimur a penis atq abluimur a culpis.

De ſacramentis operis

Q de illa coſta ſine extrinſeco additamento facta fuit per dei potentiam ſicut quinq panes in ſe multiplicati ſunt. e

Bolet etiam queri vtrū de illa coſta ſine adiectiōe rei extrinſece facta ſit mulier? Quod quibuſdā nō placuit. Certum ſi ad pficiendū cozpus mulieris deus extrinſecū augmentū addidiſſet. maius illud eſſet q̄ ipſa coſta. Jdeoq potius de illo addito q̄ ō ipa coſta mulier facta deberet dici. de q̄ plures accepiſſet ſubſtātie ptes. Reſtat g̃ vt de ſola ipſius coſte ſbſtātie ſine oīi extrinſeco additamēto p diuinam potentiā in ſemetipſa multiplicata mulieris cozpus factum dicatur. eo ſane miraculo quo poſtea de quinq panibus ieſu celeſti bñdictione multiplicati quinq milia hominū ſaciata ſūt. Jllud etiam ſciri oportet q cuz angelozꝫ miniſterio facta ſit mulieris fozmatio. nō eſt eis tamē tribuenda creatiōis potētia. Angeli em̄ nullā poſſunt creare naturā. ergo nec fozmare coſtā in mulierem nec carnis ſupplementuz in locum coſte. nō q nihil agāt vt aliquid creēt ħ nō ideo creatozes ſunt. ſicut nec agricole ſegetū vel arbozꝫ Solus de⁹. i. trinitas eſt creator. Facta eſt g̃ femina a deo. etiā ſi coſta miniſtrata ſit p angelos.

Q licet angelica miniſtratione ſit mulier opus exp nō tamen creatozes fuerit angeli.

Utrum ſm ſuperiozes an ſm inferiozes cauſas ita facta ſit mulier. id eſt an ratio ſeminalis id haberz vt ita fieret an tantum vt ita fieri poſſet. ſz vt ſic fieret in deo tantū eſſet cauſa. f

Bz queritur an ra

tio quam de⁹ primis opibus cõcreauit id haberet vt ꝑm ipsam ex viri latere femina fieri necesse foret. an hoc tñ vt fieri posset? Ad quod sciendũ est omniũ rerũ causas in deo ab eterno eẽ. Vt eñ homo sic fieret vt equus ⁊ hmõi. in dei potentia ⁊ dispositione ab eterno fuit. Et he dicunt primordiales cause: quia istas alie nõ precedunt. sed iste alias que sunt cause causaꝝ. Cũq; vnũ sit diuina potentia dispositio siue volũtas. ⁊ ideo vna omniũ principalis causa: tñ ꝓpter effectus diuersos pluraliter dicit Augustinus. causas primordiales omniuz rerum in deo esse: inducens similitudinem artificis. in cui⁹ dispositione est: qualis futura sit arca. Jdeo ⁊ in deo vniuscuiusq; rei future causa precessit. In creaturis vero q̃rundam rerum. sed non omniũ cause sunt. vt ait Aug⁹. Quia inseruit deus seminales rõnes reb⁹: ꝑm q̃s alia ex alijs ꝓueniũt. vt de hoc semine tale granum. de hac arbore talis fructus. ⁊ hmõi Et he quoq; dicunt primordiales cause. ⁊ si nõ adeo ꝓprie. ꝙa habent ante se causam eternam: que ꝓprie ⁊ vniuersaliter prima est. Illa vero ad res aliquas dicuntur prime que scz ex eis proueniunt. Jdeo etiam primordiales dicunt quia in prima rerum conditione reb⁹ a deo insite sunt. ⁊ sicut creature mutabiles sunt ita ⁊ he cause mutari possunt. Que aũt in i mutabili deo causa est. mutari nõ potest.

Aug⁹. super Geneſim. de cauſis rerũ lati⁹ diſputat q̃ cauſe q̃ in deo ſunt ꝓprie dicunt ꝓmordiales. et ire pluraliter ixit.

X nõ oĩuz q̃ ũt cauſe ſũt creaturis.

X cãe etiã q̃ ũt i creaturis ꝓmꝓpe tñ dicũt ꝓmordiales.

Alia rõ quare dicunt primordiales.

Diſtinctio cauſarũ rerũ perutilis ſcz q̃ quedã in deo ⁊ in creaturis. quedã in deo tñ ſunt. g

Omniũ ergo rerũ

cauſe in deo ſunt. ſed quarundã cauſe et in deo ſunt ⁊ in creaturis. Quarũdam cauſe in deo tantũ ſunt. ⁊ illaruz rerum cauſe dicuntur abſcondite in deo. quia ita eſt in diuina diſpoſitione vt hoc vel illõ fiat. quod nõ eſt in ſeminali creature ratiõe. Et illa q̃dem que ꝑm cauſam ſeminalem fiunt dicũtur naturaliter fieri quia ita curſus nature hominibus innotuit. Alia vero ꝓter naturam quorũ cauſe tñ ſunt in deo. Hec autem dicit Aug⁹ eſſe illa que per gratiam fiunt vel ad ea ſignificanda nõ naturaliter ſ mirabiliter fiũt. Jnter que mulieris facturam de coſta viri ponit ita dicẽs. Vt mulierem ita fieri neceſſe foret. nõ in rebus cõditum. ſed in deo abſconditũ erat. Oñis creature curſus habet naturales leges. ſuper hũc naturalem curſum creator habet apd̃ ſe poſſe de omnibus facere aliud q̃ eorum naturalis ratio habet. vt ſcz virga arida repente floreat. fructum gignat. ⁊ in iuuentute ſterilis femina in ſenectute pareat. vt aſina loquat. ⁊ hmõi. Dedit aũt natur̃ vt ex his etiam hec fieri poſſent. nõ vt in naturali motu haberent. Habet ergo deus in ſe abſconditas quorũdaz futurorum cauſas quas rebus conditis nõ inſeruit. eaſq; implet nõ ope prouidentie quo nature ſubſiſtunt vt ſint. ſed quo illas amminiſtrat vt voluerit quas vt voluit condidit Omniũ ergo quead gratiam ſignificandam nõ naturali motu rerum. ſed mirabiliter facta ſunt abſcõdite cauſe in deo fuerunt. quoꝝ vnũ erat q̃ mulier facta eſt de latere viri dormtentis. Non habuit prima rerũ conditio vt femina ſic fieret. ſed vt fieri poſſet. ne cõtra cauſas q̃s de⁹ volũtarie inſtituit mutabili voluntate aliquid facere putaret.

De gemino poſſe potentie.

Be anima mulieris q̃ nõ eſt ex aĩa viri. vt quidaz putauerũt dicẽtes. aĩas eſſe extraduce. h

Qualiter mulieris corpus de viri corpore traductuz fuerit: ita putauerunt aliqui ipſius animaz de viri anima propagatam. ⁊ omnes animas preter primam detraduce eſſe ſicut corpora. Alij autem putauerunt ſimul oẽs aĩas ab initio creatas. Catholica autez eccleſia nec ſimul nec extraduce factas eſſe animas docet. ſed in corporibus per coitum ſeminatis atq; formatis infundi. ⁊ infundẽdo creari Unde in eccleſiaſticis dogmatib⁹ Animas hominum non eſſe ab initio inter creaturas intellectuales naturas. nec ſimul creatas: ſicut Origenes fingit dicimus. neq; in corporib⁹ per coitum ſeminari. ſicut Luciferiani ⁊ Cyrillus ⁊ quidaz latinorũ preſumptores affirmant. Sed dicimus corp⁹ tantum per coniugij copulã ſeminari. Creationem vero anime ſolum creatorẽ noſſe. Eiuſq; iudicio corpus coagulari in vulua ⁊ compingi atq; formari. ac formato iã corpore aĩaz creari atq; infundi vt viuat i vtero homo ex anima ꝓſtãs ⁊ corpore. ⁊ egrediatur viuus ex vtero: plen⁹ humana ſubſtantia. Hiero. etiam anathematis vinculo illos condemnat qui animas extraducere dicunt. inducẽs autoritatẽ prophete Qui finxit ſigillatim corda eorum. Hoc ſatis in-

Alioꝝ opinio q̃ putauerunt oẽs animas ſimul ab initio creari.

quit innuit ꝓpheta ꝙ non ipsam animam ꝺ anima facit deus. sed singillatim animas de nihilo creat.

Ideo quibusdā videtur q; etiam adam ambierit esse sicut de⁹ nō tamē credidit id fieri posse. ⁊ ideo falsū esse quod diabolus ꝓmittebat cognouit Et licet diuinitatis equalitatem concupierit: nō tamē adeo exarsit. nec tanta est affectus ambitione sicut mulier que illud fieri posse putauit. ⁊ ideo magis illud ambiēdo superbiuit. Virum autem aliqua forte ambitionis subreptio mouit. sed non ita vt illud verum vel possibile fore putaret. Alijs autem videtur ideo dictum esse q; adaz illud voluerit. quia mulier de eo sumpta illō voluit: sicut inquiunt. ¶Peccatuz dicitur per vnum hominē intrasse in mūdū. id ē. in humanam naturam. cum tamē mulier ante virum peccauerit. quia per mulierem itrauerit de viro factam Vel potius ideo per hominem dicitur intrasse. quia etiā peccante muliere si vir non peccasset: humanum genus minime peccatis corruptū piret. Vbi nus ḡ peccauit vir q; mulier.

Alioꝝ sentētia q; ꝓp̄ eua de viro sumptam id dictū putant.

Per similitudinem ostendit

Obiectio cōtra id qđ dictū ē virū minus peccasse. h

His autez opponi solet hoc modo. Tribus modis (vt Isidorus ait) peccatum geritur scilz ignorantia infirmitate. industria. Et grauius est infirmitate peccare q; ignorantia. grauiusq; in dustria q; infirmitate. Eua autem videtur ex ignorantia peccasse. quia seducta fuit. Adam vero ex industria. quia nō fuit seductus vt apostolus ait. Ad quod dicim⁹ quia licet eua in hoc per ignorantiam deliquerit quod putauit verū esse quod diabolus suadebat. non tamē in hoc quin nouerit illud dei esse mandatum ⁊ peccatuz esse cōtra agere. Et ideo excusari a peccato per ignorantiam non potuit.

Rōsio q̄ dicit ignorātia eue. i qz ignorāt peccauerit in quo non

// q; ignorantia alia excusat. alia non. i

Est enim ignorantia que excusat peccantez. ⁊ est ignorantia talis que non excusat. Est autem ignorantia vincibilis. et ignorātia inuincibilis Excusatio omnis tollitur: vbi mandatū non ignoratur.

De triplici ignorantia q̄ excusat et que non. k

Est autez ignorantia triplex ⁊ eoꝝ. s. qui scire nolunt cū possint que nō excusat. quia ⁊ ipsa peccatuz ē Et eoꝝ qui volunt. sed non possunt. que excusat. ⁊ est pena peccati non peccatū Et eorum qui quasi simpliciter nesciunt nō renuentes vel ꝓponentes scire. que neminē plene excusat. sed sic fortasse vt minus puniatur. Unde Augustinus ad Valentinū Eis auferē excusatio qui mandata dei nouerunt quā solēt habere homines de ignorantia Et lz grauius sit peccare scienter q; nescienter. non ideo tamē fugienduz est ad ignorātie tenebras. vt in eis quisq; excusa

Vbi nō fit excusatio.

tionem requirat. Aliud est em̃ nescisse. aliꝺ scire noluisse. qz in eis q̃ intelligere noluerṫ ipa ignorantia peccatū est. in eis vo q̃ non potuerunt: pena peccati. Ignorātia vo q̃ non est eoꝝ qui scire nolunt: ꝫ qui tāq̃ simpliciter nesciūt: nullū sic excusat: vt eterno igne non ardeat: ꝫ fortasse vt minus ardeat. Nō igiṫ mulier excusatiōnez habuit de ignorantia: cū ꝛ mandatū nouerit. ꝛ pcm̃ esse secus agere non ignorauerit.

Uñ pcesserit consensus illi⁹ peccati cū natura hominis essz incorrupta. I

Bolet etiam queri

cū sine vitio esset natura hominis. vñ consensus mali pcesserit? Ad quod responderi potest: quia ex libero arbitrio ꝓpe volūtatis fuit. In ipo em̃ ꝛ in alio causa extitit vt ficret deterior. In alio. quia in diabolo qui suasit. In ipo. quia voluntate liberi arbitrij consensit. ꝛ cum liberum arbitriuz sit bonum. ex re vtiq̃ bona malus ille consensus prouenit. ꝛ ita ex bono malum manauit. De hoc autem in sequenti plenius tractabim⁹ cum origo mali ꝛ in q̃ re coalescat inuestigabiṫ.

An voluntas precesserit illud peccatum. m

Si vero queritur

vtruz voluntas illud pcm̃ precesserit? Dicimus quia peccatum illud ꝛ in volūtate ꝛ in actu consistit. ꝛ voluntas actum precessit. sed ipam voluntatem alia homis volūtas mala non precessit. atq̃ ex diaboli persuasione ꝛ hominis arbitrio illa voluntas mala prodijt. qua iusticiam deseruit ꝛ iniquitatem inchoauit: ꝛ ipa volūtas iniqui tas fuit.

Ista est distinctio. xxij. huiꝰ secū

di libri. In q̃ mgr̃ postq̃ egit de temptatōe ex pte tẽptantis. agit de eadez ex parte temptati. Et tria facit. Nam ꝓmo inq̃rit q̃d q̃libet eoꝝ peccādo appetierit. Scōo quis eoꝝ grauius peccauerit vir aut mulier. Tertio vñ consensus quo peccauerūt pcesserit. Primū facit a ꝓncipio distinctionis vsq̃ ibi. Ex quo manifeste. Scōm ab inde vsq̃ ibi. Solet etiam q̃ri. Tertium vsq̃ ad finem distinctiōis. Et tm̃ in generali. In speciali aūt sententia mgri stat in tribus ꝓpositionibus. quarū ꝓma est hec. Nō Adam: sed Eua in tanta elatiōe fuit seducta. vt p esum ligni vetiti se sibi fieri deo estimauit. Hāc mgr̃ ꝓbās dicit q̃ radix ꝛ origo ꝓmi peccati ꝓmoꝝ parentum fuit. q̃ in animis eoꝝ pcessit q̃daz ꝓsumptionis elatio ex qua diaboli suggestione consenserunt ꝓmo mulier. postea vir. Contra qꝺ dictum obijciens dicit q̃ cum ipo dicto sequiṫ hoiem nō alteriꝰ suggestiōe: sed pro pria superbia peccasse. vt angelus. ꝛ ꝓsequēs vt angelus corruisse. cuius tm̃ ꝓtrariū dicebaṫ in pcedenti distinctione. Ad quod respōdet dicendo q̃ cuz dicebat elationem quandam in peccato ꝓmoꝝ parentum pcessisse non ita intelligebat q̃ illa elatio pcesserit suggestionem: sed vt opus peccati. Nā in illo peccato iste fuit pcessus ꝛ ordo q̃ ꝓmo pcessit diaboli tẽptatio. ex qua secuta est immediate hoīs elatio. quā secutum est peccatum opis: ꝛ vlterius pena peccati. Et subdit q̃ talis elatio fuit aliter in muliere q̃m̃ viro. qz mulier credidit se posse habere dei similitudinem putans verum esse quod diabolus suadebat. vir aūt nō credebat nec putauit vez cē qꝺ diabolus suadebat aliq̃ tm̃ elatio in mente eius p tẽptationē extitit. vnde vir aliter fuit seductus q̃ mulier. quod diuersis sanctoꝝ autoritatibus magister cōfirmat.

Secunda ꝓpositio est hec. Grauiꝰ Eua q̃ Adā peccauit transgrediendo diuinū ꝑceptum in paradiso Hanc mgr̃ ꝓbat tripliciter. Primo ex hoc q̃ mulier verum esse credebat qꝺ diabolus ei dixit. quod nō fecit vir. vt patet ex predictis. Scōo ex hoc q̃ mulier elata nimis ꝓsumebat se posse fieri equalem deo. qꝺ non fecit vir. sed de penitentia ꝛ misericordia dei cogitans deceptus fuit in hoc q̃ estimabat peccatū eē veniale quod mortale fuit. Tertio ex hoc q̃ mulier peccauit in deū. in se ꝛ in primum. vir aūt solū in deum ꝛ in seipm̃. Sed contra illud obijcit tripliciter. Primo autoritate Augu. dicētis q̃ vtriusq̃ erat par fastus. ꝛ p consequens equaliter peccauerunt. Ad qꝺ respondens dicit q̃ licet vtriusq̃ erat par fastus i excusatione peccati. qz vir excusauit se p mulierem. et mulier p ꝛpentem. In muliere tamen multo maioꝝ fastus erat. quo ad tria predicta. Secūdo obijcit autoritate beati Augustini dicentis q̃ etiam vir voluit esse equalis deo. Ad quod respondens dicit q̃ hoc aliqui opinati fuerunt. qui tm̃ cum hoc posuerunt q̃ vir non tanta ambitione ad hoc exarsit sicut mulier. Tertio obijcit contra idem assumens q̃ tribꝰ modis peccatū cōmittiṫ. s. ex ignorātia. ex infirmitate ꝛ ex industria. ꝛ grauius est pcm̃ qꝺ cōmittiṫ ex infirmitate q̃ quod cōmittiṫ ex ignorantia. ꝛ grauiꝰ qꝺ cōmittiṫ ex industria q̃ quod cōmittitur ex infirmitate Cum ergo mulier videṫ peccasse ex ignorantia. qz seducta fuit. Adam vo ex industria. qz non fuerat seductus ꝫm apostolū. ergo videṫ vir grauius peccasse muliere. Et respondens magister dicit. q̃ licz mulier quo ad hoc ex ignorantia peccauit q̃ p diaboluz seducta credidit esse verum qꝺ ipe suadebat. non tm̃ quo ad hoc q̃ mādatū dei nō nouerit. cuiꝰ oppositū diabolus sibi suasit. ꝛ ideo p ignorantiam excusari n̄ potest. cum ibi ignorantia tollaṫ vbi mandatum non ignoratur ꝛ peccatū esse ꝓtra ipm̃ mandatum agere non dubitaṫ. Postea subdit distinctionez ignorantie dicens. q̃ ignorantia alia est vincibilis. ꝛ est eoꝝ q̃ nolunt homines scire tamen possunt ꝛ tenenṫ. ꝛ illa non excusat a peccato. sed potius peccatum aggrauat. Alia est inuincibilis. ꝛ est eorum que hoīes volunt scire ꝛ non possunt. ꝛ illa excusat ꝛ non est peccatum: sed pena peccati. Et ista cōfirmat autoritate

Augustini. Tertia ꝓpositio est hec. Malus consensus hois naturā bonā habentis ꝓcessit ex ꝓprio libero arbitrio ⁊ suggestione diaboli suadētis. Hāc magister ꝓbans querit. Cum natura hois esset sine vitio. vnde ꝓcessit consensus malus? Et respōdens dicit q̄ ꝓcessit ex libero arbitrio volūtatis. vnde ex hoc q̄ homo fiebat deterior hoc fuit a diabolo q̄ sua sit ⁊ a voluntate qua homo suadenti consensum dedit. q̄ liberum arbitrium licet de se fuit bonum. de ipso tamen potuit ꝓcedere consensus malus. Querit etiam vtrum voluntas illud peccatum precesserit? Et respondet q̄ volitiuam potest dicere potentiam anime. ſ. potentiam vltimam. ⁊ ꝑm hoc volūtas peccatum p̄cessit. vel etiam malum actum volūtatis possumus vocare voluntatem. ⁊ ꝑm hoc voluntas peccatum non p̄cessit. q̄ ante ꝑmam malā voluntatē p̄mi hois alia mala voluntas hois non fuit. sed ꝑma mala hois volūtas ex diaboli ꝑsuasione. ⁊ ex hois libero arbitrio ꝓdijt. Et tm̄ in spēali.

Quare deus permiserit hominem temptari sciens eum esse casurum. a

DI. XXIII Aug⁹. super Gen.

PReterea queri solet cur deus hominem temptari ꝑmiserit quem decipiēdū fore p̄sciebat? Sed non esset laudabile homini si ideo bñ viuere posset. q̄ nemo male viuere suaderet. cum in natura posse ⁊ i potestate haberet velle non consentire suadenti deo iuuante. ⁊ est glorioſius non cōsentire q̄m temptari non posse. Obouentur etiam q̄dam dicentes. Cur creauit de⁹ hs futuros malos p̄sciebat? Quia p̄uidit q̄d boni de malis eorum esset factur⁹. Sic em̄ eos fecit vt relinqueret eis vnde aliq̄d facerent. ⁊ si culpabiliter aliquid facerēt. illum de se laudabiliter operantem inuenirēt. A se habent voluntatem malam. ab illo naturam bonam: ⁊ iustam penam. Frustra g̃ dicitur. nō deberet de⁹ creare hs ꝓsciebat malos futuros. sciebat enim bonis profuturos ⁊ iuste pro mala volūtate puniēdos Addunt etiam. talem hominem deberet facere qui nollet omnino peccare. Cōcedim⁹ quidem meliorem naturam esse que omnino peccare nollet. Cōcedant ⁊ ipi non esse malā que tal⁹ facta est. vt posset nō peccare si vellet: ⁊ iuste punitam q̄ volūtate non necessitate peccauit. Cum ergo hec bona sit: illa melior: cur nō vtranq̄ faceret vt veriꝰ laudarē de vtraq̄. Illa em̄ de sanctis angel⁹: hec de hominibus est. Item inq̄unt Si deus vellet: ⁊ illi boni essent. Et hoc q̄dem concedimus. sed melius voluit. vt q̄ vellent essent. Et boni q̄dez nō infructuose mali q̄ non impune essent. Item inquiūt. Posset de⁹ voluntatē eorū vertere i bonū q̄ omnipotens est. posset reuera: cur nō fecit? Quia noluit. Cur noluit? Ipe nouit. Non debemus plus sapere q̄m oportet.

Quare deus creauit quos p̄sciebat malos futuros.

Hic qualr̄ ꝑm aiam et agit de sciētia hois añ peccatum. b

Et quidez ſm animam rōnalis fuit hō habens discretionem boni ⁊ mali. Scientiā q̄z rerū creatarum ⁊ cognitionē veritatis. que p̄me pfectiōi cōgruebat. mox cōditus nō incōgrue accepisse putat. ⁊ ad illam non studio vl⁹ disciplia aliqua p interualla tem pis pfecisse. sed ab exordio sue conditionis diuinitus illam p cepisse.

Q̄ triplicem habuit homo ante lapsum cognitionem scilicet rerum propter se factarum et creatoris et sui. c

Fuitq̄z homo primus ante lapsum triplici cognitione preditus. rerū scz propter se factarū. ⁊ creatoris ⁊ sui. Rerum quippe cognitionem homiez accepisse pspicuum est: cū nō ipe creator vl⁹ angelus aliquis. sed hō omnibus animantibus nomina imposuerit. vt ostenderetur q̄ singulorū noticiam homo ipe habuerit Que em̄ ꝓpter illum creata erant. ⁊ ab illo regenda ⁊ disponenda erant: horuꝫ oim deus illi ⁊ scientiam tribuit ⁊ prouidentiaꝫ atq̄ curam reliquit. Quia vt ait apostol⁹ Nō est cura deo de bobus. Quoꝫ aliorumꝫ q̄ aialiū deus homini curam reliquit ⁊ puidentiam vt dominationi ei⁹ subijcerētur ⁊ ratione illius gubernarent. vt sciret illis necessaria puidere a quibus emolimentuꝫ debebat recipe. Hanc autem scientiam homo peccando nō pdidit sicut nec illā q̄ carnis necessaria puident. Et idcirco in scriptura hō de hmōi nō erudit. sed de scia aie quam peccando amisit.

De cogn̄ōe rer̄ creat. ꝑ.

De cognitione creatoris. d

Cognitionem quo q̄z creatoris primus homo habuisse credit Cognouit em̄ a quo creatus fuerat. non co

modo cognoscendi quo ex auditu solo pcipitur qũo a credẽtibus absens queritur. ꝫ quadam interiori aspiratione qua dei p̃sẽtiam cõtemplabat. nõ tamẽ ita excellenter sicut post hanc vitam sancti visuri sunt. neq; ita in enigmate qualiter in hac vita videmus.

De cognitione sui. e

Porro sui cognitionem idem homo talem accepisse videtur vt ꝛ quid deberet superiori. ꝛ quid equali ꝛ inferiori nõ ignoraret. Conditionem q̃ suam ꝛ ordinem scz qualis factus esset ꝛ q̃ liꝫ incedere deberet q̃d agere. quid cauere intellexit. Si horum notitiã nõ habuisset. nõ esset reus preuaricationis. neq; seipsum cognouisset.

Utrũ homo prescius fuerit eorũ que sibi futura erant. f

Si autez queritur vtrum homo scienciam habuerit eorũ que circa eum futura erant. id est. si ruinam suam p̃sciuerit. ꝛ similiter prescierit bona que habiturus fuisset si i obediẽtia perstitisset? Responderi potest q; ei magis facienda indicta sunt q̃ futura reuelata. Accepit enim scientiam ꝛ preceptum eorum que faciẽda fuerant. sed non habuit prescientiam eorũ que futura erant. Non fuit ergo homo prescius sui casus sicut ꝛ de angelo diximus. Quod Augustinus super Gen̄. asserit ratione vtens quam supra posuimus. Hec de scientia hominis q̃tum ad primũ statũ ptinet: dixisse sufficiat.

tãsio ãre ꝺr
on hr̃e futu
ꝺũ p̃sciẽtiã

Ista est distinctio. xxiij. huius secũdi libri. In qua mgr̃ post q̃ egit de temptatõe p̃morum parentum ex pte temptati ꝛ temptatoris. agit consequenter de eadem ex parte dei pmittentis. Et tria facit. Nam p̃mo inquirit quare deus hominem temptari pmisit. Secundo de scientia qua homo illustratus fuit. Tertio an etiam homo statum futurũ p̃sciuit. Primum facit a p̃ncipio distinctiõis vsq; ibi. Et quidem ſm animam. Secũdum ab inde vsq; ibi Si vo queritur. Tertium ab inde vsq; ad finem distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus quarum p̃ma est hec. Deꝰ hominem quem prescivit decipiendum ad laudabilius bonum temptari permisit. Hanc magister insinuãs querit quinq; questiones. Prima est. Cur deus hominem temptari permisit quem decipiendum prescivit? Et respondens ad hoc dicit q; ad ostendendum humane nature dignitatem. quia dignior est conditio posse temptari ꝛ non consentire: q̃ nec posse temptari nec posse consentire. Secunda questio est. Cur deꝰ illos homies creauit: quos futuros malos p̃uidit? Ad quod respondet dicendo q; propter bonum quod inde venturum nouit. Tertia questio est hec. Cur deus non fecit hoiem impeccabilez? Et respondens dicit q; ideo. q; melius esset vtrãq; naturam esse. s. eam que non peccare posset: sicut in sanctis angelis p gratiam in gloria confirmatis. ꝛ eam qua peccare ꝛ non peccare posset si vellet. qualis fuit in hominibus q̃ vnius modi solum. Quarta q̃stio est. Cur deus qui sola sua voluntate potuiꝫ eos saluasse a consensu non saluauit eos? Et respõdens dicit q; voluit eos nãture sue relinquere. vt nec infructuose boni essent. nec impune mali. Quinta questio est. Cur deus cum sit omnipotens non conuertit voluntates eorum ad bonum? Et respondet q; nolu it cuius nolitionis causa vlterius non est querenda.

Secunda p̃positio est hec. Deus mox hominez creatum repleuit omni scientia pertinente ad suum statum. Hanc ꝓpositionem magister insinuãs dicit: q; p̃mus homo non per interualla siue per successionem temporis: sed creatus mox scientiam sibi necessariam ꝛ competentem sibi accepit. vnde triplici cognitione primus parẽs preditus fuit. Primo cognitione rerum ꝓpter se creatarum. quarum curã erat habiturus. vnde ꝛ eis nomina imposuisse legitur. ꝛ illam rerum cognitionem p speciem non pdidit: sed hanc peccato perpetrato retinuit. Secundo dotatꝰ fuit primus homo cognitione sui creatoris. s. dei nõ quidem enigmatica: sed per quandam interiorem inspirationem. non tamen illa clare sicut in patria. ꝛ illam post peccatum non retinuit. Tertio fuit illustratus cognitione sui ipsius. sciuit enim quid debuit superiori. quid aliis. quid sibi. ꝛ etiam post peccatum illam retinuit. Tertia ꝓpositio est hec. Homo aũ peccatũ non p̃sciuit futurum euentum sui statꝰ. Hãc magister ꝓbans querit. Utrum p̃mus homo habuit scientiam eorum que circa ipm futura erant. id ẽ ante prescierat. qualia bona habuisset si perstitisset vel etiam ante prescierit anteq; lapsurus erat? Et respondens dicit q; p̃mus homo acceperat scientiaz eorũ que agenda ꝛ dimittenda fuerant. alꝫ peccatũ fuisset sibi iniuste imputatum. sed non fuit sui casus prescius. cuius simile supradictuz est de angelis coruentibus. quod confirmat autoritate beati Augu. Et tñ in spẽali.

De gratia hominis et de potẽtia aũ casum. a

Hunc diligenter inuestigari oportet quã gratiam vel potentiaz habuerit hõ ante casum. Et vtrum p eam potuerit stare vel non? Sciendum est ergo q; homi in creatione (sicut de angelis diximus) datũ est p gram auxiliũ ꝛ collata est potentia p quam poterat stare. id est non declinare ab

DI. XX IIII

Q; in gra creatꝰ fuit i qua potuit stare: sed non pficere.

eo quod acceperat. sed non poterat proficere intantuz. vt per gratiam creationis sine alia mereri salutem valeret. ¶Poterat quidem per illud auxilium gratie creatiõis resistere malo. sed non perficere bonum. ¶Poterat tñ p illud bene viuere quodãmodo. quia poterat viuere sine peccato. ℈ nõ poterat sine alio gratie adiutorio spũaliť viuere quo vitam mereretť eternam. Unde Augustinus in ench. Sic factus est hõ rectus vt ꝛ manere in ea rectitudine posset. non sine diuino adiutorio. ꝛ suo fieri puersus arbitrio. Utrũlibet horum elegisset. dei volũtas fieret vel ab illo vel de illo. Et qz suam maluit facere voluntatem q̃ dei. de illo facta est voluntas dei. Item in eodẽ. Sic hominem prius oportebat fieri. vt ꝛ bñ possz velle ꝛ male. Nec frustra si bene. nec impune si male. Idem quoq; in libro de correctione ꝛ gratia ait. Si hoc adiutorium vel angelo vel homini cum primum facti sunt defuisset. quoniam nõ talis natura facta erat vt sine diuino auxilio posset manere si vellet. non vtiq; sua culpa cecidisset. Defuisset quippe adiutoriuz sine quo manere nõ posset. Idem. Dederat deus homini bonam voluntatem. in illa quippe eũ fecerat rectũ: dederat adiutorium sine quo non posset in ea manere si vellet ꝛ per quod possz. Utrum autem hoc vellet: in eius dimisit arbitrio. In eodem. Acceperat posse si vellet: sed nõ habuit velle quo posset. Nam si habuisset: perseuerasset. His testimonijs cuidẽť monstratur q̃ homo rectitudinem ꝛ bonaz voluntatem in creatione accepit. atq; auxiliũ quo stare poterat. alioq̃n nõ sua culpa videretur cecidisse.

Q etiã poterat p illã creationis gratiã bene viuere quodãmodo

Augusti.

¶ Qualis fuerat illa rectitudo et bonitas voluntatis in qua creat⁹ est. b

Sed quomõ rectã ꝛ bonam voluntatem habuit homo si p eã nec mereri vitã valuit nec i ea stare voluit: Quia nec aliq̃d mali ea tunc volebat: ꝛ ad tempus stare voluit: ℈ non pseueranter. et ideo recta ꝛ bona fuit tunc voluntas hominis.

Oppositio contra illud quod dictum est hominem non potuisse proficere. c

Ad hoc autẽ quod diximus hominẽ nõ posse pficere vl̃ mereri p gr̃am creatiõis: solet opponi sic. ¶Per illud auxilium gratie creationis potuit stare in bono quod acceperat. ¶Potuit g̃ resistere temptationi. Sed resistere temptationibus atq; suggestionibus malis meritum est ac bonũ remunerabile. Omne autez bonum meritũ: pfectus est. ¶Per gr̃az g̃ creationis pficere potuit sine adiectõne alteri⁹ gratie. Ad quod dicim⁹ qz resistere malo ꝛ non consentire temptationi nõ fecisset illi meritũ ꝛ si non cõsensisset. qz nihil in eo erat quod ad malũ impelleret sicut angelis q̃ non ceciderunt nõ fuit meritũ quod stetерunt. id est q nõ corruerunt. Nobis autez meritum est aliq̃n si malum nõ facim⁹: sed resistimus. ibi dũtaxat vbi causa subest q̃ nos id facere mouet. quia ex peccati corruptela proni sunt ad lapsum gressus nostri. Ubi aũt non interuenit causa nos ad malũ impellens: nõ meremur si ab eo declinam⁹ Declinare eñ a malo semp vitat penã: sed non semp meretť palmam.

Respõl.

Q resistere malo alicui meritum aliq̃n non

De adiutorio homi in creatõe dato quo stare poterat. d

Hic considerandũ est qđ fuerit illud adiutoriũ homini datuz in creatiõe quo poťat manere si vellet: Illud vtiq; fuit libertas arbitrij ab omni labe ꝛ corruptela immunis. atq; voluntatis rectitudo ꝛ oim naturaliũ potentiaꝝ aime sinceritas atq; viuacitas.

De libero arbitrio. e

Liberum vero arbitriũ est facultas rationis ꝛ voluntatis q̃ bonum eligitur gratia assistente. vel malus eadem desistente. Et dicitur liberũ quantũ ad voluntatem que ad vtrũlibet flecti põt. Arbitrium vo quantum ad rationẽ cuius est facultas vel potentia illa cui⁹ etiã est discernere inter bonũ ꝛ malum. Et aliq̃n quidem discretionem habens boni ꝛ mali: qđ malum est eligit. aliq̃n vo quod bonũ est. Sed quod bonum est: nisi gratia adiuta ñ eligit. malum vo p se eligit. Est eñ in anima rationali voluntas naturalis qua na-

turaliter vult bonum. licet tenuiter ⁊ exiliter: nisi ḡtia iuuet. que aduenięs iuuat eaz ⁊ erigit vt efficaciter velit bonum. ℣er se aũt potest velle malum efficaciter. Illa ergo rational' anime potentia qua bonuz vel malũ potest velle. vtrũq; discernęs liberũ arbitriũ nuncupaf. qđ bruta aialia nõ habent. qz rõe carent. habent tñ sensum ⁊ appetitum sensualitatis.

℣ bruta aiałia nõ hñt be. ar. ſz ap ętitũ sensua tatis

De sensualitate. f

Est enim sensualitas q̃dam vis anime inferior qua ẽ motus qui intendit in corpis sensus atq; appetitus rerũ ad corpus ptinentiũ. Ratio ℣o vis anime est supior. que (vt ita dicamus) duas habet ptes vel differentias. supiorez ⁊ inferiorem. Scđm supiorem supnis conspiciendis vl consulendis intendit. Scđm inferiorem ad tempalium dispositionẽ pro spicit. Quicquid ergo in anima nostra nobis considerantibus occurrit qđ nõ sit cõe cum bestijs: ad rationem ptinet. Qđ autez in ea reperis cõmune cũ beluis. ad sensualitatem ptinet. Et vbi nobis gradatim i cõsideratione partium anime pgredientib⁹ ꝑmum aliquid occurrit quod nõ est cõmune cum bestijs: ibi incipit ratio. Hoc autez Aug⁹. docet in duodecimo libro de trinitate ita dicens. Videamus vbi sit quasi qđdam hominis exteriozis interioziscq confinium. Quicqđ enim habemus in aimo cõmune cũ pecore: recte dicit ad exteriorem hominem ptinere. Non em̃ solum corpus exterior homo deputabit. sed adiũcta quadam vita sua qua compages corpis ⁊ omnes sensus vigent. q̃bus instruct⁹ est ad exteriora sentienda. Ascendentibus ḡ introrsum q̃busdam gradibus consideratõis per anime ptes vbi incipit aliquid occurrere qđ non sit nobis cõmune cum bestijs. ibi incipit ratio. vbi hõ exterior iam possit agnosci. Rationis aũt ps supior eternis ratiõibus conspiciendis vel consulendis adherescit. ℘ortio inferior ad temporalia gubernanda deflectit. Et illa rationis intentio q̃ contemplamur eterna. sapientie deputaf. Illa ℣o qua bene vtimur rebus temporalibus scientie deputaf. Cum ℣o disserim⁹ de natura mentis humane: de vna quadã re disserimus. nec eam in hec duo que commemorauimus. nisi p officia geminamus. Carnalis autem vel sensualis anime mot⁹: qui in corporis sensus intẽditur. nobis pecoribusq; cõmunis est. qui secluſus esta ratione sapientie. rationi autem scientie vicinus est.

Q̃ talis est ordo peccandi vel cadẽdi in nobis qualis fuit i primis hominibus. g

Illud quoq; ꝑtermittendum non est q̃ tal' nunc in vno hoie temptationis est ordo ⁊ pgressio qual' tũc in ꝑmis ꝑcessit parentibus. Ut em̃ tũ serpens malum suasit mulieri ipaq; consensit deinde viro suo dedit. sicq; consummatum est peccatũ. Ita ⁊ nunc in nobis pro serpẽte est sensualis motus anime. p mulierem inferior portio rationis. pro viro supiori rationis portio. Et hic est vir qui ſm ap'lum dicitur imago ⁊ gl'a dei. ⁊ illa est mulier: q̃ ſm eandem dicitur gloria viri. Atq; inter hunc virũ ⁊ hanc mulierem est velut qđdam spũale coniugiũ naturaliscq; ꝓtractus quo supior rationis portio quasi vir debz ꝑesse ⁊ dominari. Inferior ℣o quasi mulier debet subesse ⁊ obedire. Jõ vir ſm apostolum non debet habere velamen: ſ mulier. Et sicut in cunctis animantib⁹ nõ est repertum homini adiutoriuz simile sibi. ſ de illo sumptum qđ ei formaref in coniugiũ. ita in ptibus aime quas cum pecoribus habemus cõmunes. nullũ menti nostre simile est adiutoriũ: Unde Aug⁹. in eodẽ. Illud nostrũ quod in actione tempalium tractandorũ ica versaf vt non sit in nobis cõmune cum pecore. rationale est q̃dem: ſ ex illa rõnali mente qua subherem⁹ intelligibili ⁊ incõmutabili veritati tanq; ductum ⁊ inferioribus tractandis gubernandisq; deputatum est. Sicut em̃ in omibus pecoribus nõ est inuentũ viro adiutoriũ simile sibi: nisi de illo detractũ in coniugium formaretur. ita mẽti nre qua supnam consulimus veritatem: nullũ est ad vsum rez tpalium q̃tum nature homis satis est sile adiutorium ex anime ptibus quas cõmunes cũ pecoribus habem⁹. Jdeoq; rõnale nostrum nõ ad vnitatis diuortiũ sepatuz: sed in auxiliũ societatis quasi deriuatuz in suo dispartif officio. Et sicut vna caro est duorum in masculo ⁊ in femina. sic intellectum nr̃m ⁊ actionẽ sive rationẽ ⁊ appetitũ rationalem. vel si aliquo mõ significantius dici possunt vna mentis natura cõplectif. vt si cut de illis dictum est. Erunt duo in carne

Q̃ in nob est vir ⁊ mulier ⁊ ꝓpens ⁊ quõ.

De spũali cõiugio viri et mulieris i nobis.

Testimonio Augu ſita eẽ ostendit

vna.sic ⁊ de his dici possit.duo i mẽte vna Ecce ex his ꝟbis apte intelligi põt q̃lit̃ in aima homis existat imago illius coniugij. ⁊ qualit̃ in singul'nostrum spũaliter sint illa tria.s. vir.mulier.ſpens.

Qualiter p illa tria in nobis cõsũmetur temptatio. h

NUc supereſt oſtẽdere quõ p hec tria in nobis consummet̃ peccatũ. Vbi agnosci poterit si diligent̃ intendak̃ quid sit in aima mortale vel veniale peccatũ. Ut enim ibi ſpens suasit mulieri.⁊ mulier viro. Ita ⁊ in nob sensual' motus cum illecebrã peccati conceperit. quasi ſpens suggerit mulieri.s.inferiori pti rationis.i.rationi scientie. q̃ si consenserit illecebre:mulier edit cibum vetitum. Post de eodem dat viro cum supiori pti ratiõis. id est rationi sapientie eandẽ illecebraz suggerit quasi consentit. tunc vir etiam cũ femina cibum vetitũ gustat. Si g̃ in motu sensuali tantũ peccati illecebra teneak̃: veniale ac leuissimũ est peccatũ. Si ꝟo inferior pars rationis consenserit:ita vt sola cogitatiõis delectatione sine voluntate pficiendi tenea tur.mulier sola manducauit nõ vir.cui⁹ autoritate cohibetur voluntas.ne ad op⁹ vsq̃ ꝓueniat. Si ꝟo assit plena voluntas pficiendi vt si assit facultas ad effectum ꝓducatur: vir q̃ manducat. q⁹ supior ps rationis illecebre consensit.⁊ tunc est damnabile ⁊ graue peccatum. Quando aũt mulier sine viro gustat aliq̃ est mortale.aliquando veniale peccatũ. Ut em̃ dictum est tũc mulier sine viro gustat cum ita delectatiõe cogitatiõis peccatũ tenek̃. vt faciendũ nõ decernak̃.vt cum q̃dam terminus ⁊ mẽsura peccato adhibek̃ a viro. vt nõ liceat mulieri effrenata libertate in peccatũ ꝓgredi.

Si ergo peccatũ non diu teneak̃ delectatione cogitationis.sed statim vt mulierem tetigit viri autoritate repellak̃: veniale est. Si ꝟo diu in delectatiõe cogitatõis tenea tur.⁊ si voluntas pficiendi desit.mortale ẽ ⁊ p eo damnabit̃ sit̃ vir ⁊ mulier.i.tot⁹ hõ q⁹ ⁊ tunc vir non sicut debuit mulierem cohibuit. vnde põt dici consensisse.

Ñ pctm̃ sit veniale.

Ñ mlier sola manducat cibũ vetitum

An ẽ mortale pctm̃ in gustu mlieris discerne aliquãdo mortale: aliqñ veniale pctm̃

Repetitio summam perstringẽs. i

Itaq; vt breuiter summam pstringam qñ peccatum ita l'anima ꝯcipit̃ vt illud facere disponat. vel etiã pficiat.aliud frequenter.aliud sel'. vel etiaz quando delectatione cogitatõis diu tenea tur:mortale est. Cum ꝟo in sensuali motu tantum est vt p̃dixim⁹:tunc leuissimũ est quia ratio tunc non delectak̃ Ideo aũt supra dixi aliud frequenter.aliud semel. q⁹ q̃ dam sunt que si tantũ semel fiant. vel faciẽda disponank̃ .damnant. quedam ꝟo non nisi sepius fiant vel facienda decernantur. vt de ocioso verbo ⁊ hmõi. Hec Aug⁹. in xij.li. de trinitate tradit ita. Sicut in illo cõiugio p̃mozum hominũ ſpens manducandum psuasit. Mulier autem non manducauit sola:sed viro suo dedit ⁊ simul mãducauerunt. ita ⁊ in quodam secreto cõiugio quod in homine geritur ⁊ dinoscit̃ cum ratione sciẽtie que in rebus temporalib⁹ agẽdis ratiocinandi viuacitate versatur: animalis sensus ingerit quandam illecebram. tunc velut serpens alloquit̃ femina. Huic autem illecebre consentire de ligno vetito est edere. Sed iste consensus si sola cogitationis delectatione contentus est. superiori ꝟo autoritate ita retinent̃ membra vt nõ exhibeãt̃ arma iniquitatis peccato: sic habendum estimo. velut lignum vetituz mulier sola comederit. Si aũt in consensu illo ita decernitur quod q̃ peccatũ. vt si sit potestas etiam ope impleatur .intelligẽda est mulier dedisse viro suo simul edendum illi citum cibum. Neq; enim potest peccatum non solum cogitandum suauiter verũ.etiã perpetrandum efficaciter mẽte decerni:nisi ⁊ illa mentis intentio pencs quã summa potestas est membra in opus mouendi: vt ab opere cohibendi male actioni cedat. Nec sane cum sola cogitatione mens oblectatur illicitis non quidem decernens esse facienda:tenens tamen ⁊ volẽs libent̃ que statim vt attigerunt animuz respui debuerunt:negandũ est esse pctm̃:sed longe min⁹ q̃ si ⁊ ope statuatur implendũ. Et ideo de talibus q̃ cogitationibus venia petenda ẽ pectusq; pcutiendum ⁊ dicendũ .Dimitte nobis debita nostra Neq; enim sicut ĩ illis duobus p̃mis hominibus personam suam quisq; portabat. Et ideo si sola mulier cibũ edisset illicitum.sola vtiq; mortis supplicio plecteretur.ita dici potest in homine vno. si delectationibus illicitis a quibus continuo se deberet auertere: cogitatio libenter sola pascatur: nec facienda decernantur mala.sed tamen suauiter in recordatio-

Aucte'aug ita ee?firm

Ñ mlier viro mandicat.

Utrũ sit mortale qõ in sola delectatõe tenek̃ cogitationis

Repetit quãdo mlier sine viro gustat , vbi oñdit qñ veniale et qñ mortale est.

ne teneant quasi mulierem sine viro posse damnari. Absit hoc credē. Hic quippe vna psona est: vnus homo est. totusq; damnabitur. nisi hec que sine voluntate opandi. ꝺ tñ cum voluntate animum talibus oblectā di solius cogitationis sentiunt esse peccata per mediatoris gratiam remittantur. Idē quoq; i libro contra manicheos de hoc eodem sic ait. Apostolus dicit. Scōm principem potestatis aeris hui⁹ spūs q̄ nūc operatur in filijs diffidētie. Nunquid ergo visibiliter eis apparz aut quasi corporeis loc accedit ad eos ⁊ operatur. Sed miris modis per cogitationem suggerit quicq̄d potest. quibus suggestionibus resistendum ē Nō eñ ignoramus astutias ei⁹. Quomodo eñ accessit ad iudam quādo ei persuasit vt dñm traderet. Nunquid in locis. aut p̄ hos oculos ei visus est? Sz vtiq; vt dictū est in cor eius intrauit. Repellit autem illū homo si p̄ adisum mentis custodiat. ꝓposu it eñ hominem deus in paradiso vt operaretur ⁊ custodiret. quia sīc ecclesie dicit in canticis canticorum. Ortus ꝯclusus fons signatus. quo vtiq; nō admittit puersitatl ille persuasor. sed tamen per mulierez decepit. Non eñ etiam ratio nostra deduci ad consensionem peccati potest. nisi cum delectatio mota fuerit in illa pte animi qua debet obtēpare rationi tanq̄ rectori viro. Etiam in vno quoq; nostrum nihil aliud agitur cum ad peccatum quisq; dilabitur. q̄ tunc actum est in illis tribus serpēte. mulier ⁊ viro. Nam primo fit suggestio siue per cogitationem siue p̄ sensus corporis vl videndo vel tangendo. vel audiendo. vel gustando. vel olfaciendo. Que suggestio cum facta fuerit si cupiditas nostra nō moueatur ad peccandum. excludit serpentis astutia. Si aūt mota fuerit: quasi iam muli eri persuasum erit: sed aliquādo ratio viriliter etiam commotā cupiditatem refrenat ⁊ compescit. Quod cū sit: nō labimur in peccatum. sed cum aliquāta luctatione coronamur. Si autem ratio consentiat ⁊ quod libido cōmouerit faciendum eē decernat. ab omni vita beata tanq̄ de paradiso expellitur homo. Jam eñ peccatum inputat etiā si non subsequat factū. qñ rea tenet in conscientia cōscientia.

augusti.

// Quare hec de anime partib⁹ dixit. k

Hec de anime partibus interseruimus. vt ipsius anime natura plenius cognosceretur. ⁊ scōm quaz sui portionem in ea sit liberum arbitrium: intelligatur. s. ꝺm rationem qua omne peccatuz mortale geritur. sed nō oīe veniale. illud scz qđ in solo motu sensualitatis existit.

Q̄ sensualitas sepe in scriptura aliter q̄ supra accipit. s. vt etiaz inferior rationis portio eius nomine intelligat. l

Non est autez silē

tio p̄tereundum q̄ sepe in scriptura nomine sensualitatl. nō id solum i anima quod ē nobis cōmune cum pecore. sed etiam inferior portio ratiōis que tempalium dispositioni intendit: intelligitur. Quod diligēs lector in locis scripture vbi de ipsa fit mentio vigilanter annotet.

Jsta est distictio. xxiiij. hui⁹ secū

di libri. In qua magister postq̄ egit de temptatione p̄mi hominis p̄ quaz cecidit agit de potētia ꝺm quā stare potuit. cuiusmodi est liberum arbitriū. Et tria facit. Nam p̄mo ostendit q̄ p̄mis parentibus fuit datum sufficiens adiutorium ad status innocentie tentionem. Secundo subdit q̄ illud adiutorium fuit liberum arbitrium insinuans ad quam ip̄m pertineat anime portionem. Tertio subiungit q̄ nos peccantes sequimur quodāmodo p̄morum parentum temptationem. Primuz facit a p̄ncipio distinctiōis vsq; ibi. Considerandū est. Secundū vsq; ibi. Illud quo q̄ non p̄tereundum est. Tertiū x̄o vsq; ad finem distinctiōis. In spēali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus. quarū p̄ma est hec. Prim⁹ homo auxilio gratie a creatione sibi indite potuisset absq; merito cuilibet temptationi restitisse. Hanc mḡr p. bans dicit q̄ p̄mus hō ex creatiōe habuit sibi inditū recte voluntatis auxilium. quo resistere potuit malo. licet non ad meritum glorie. Et ratio est q̄ si tale auxilium non habuisset peccatū non fuisz sibi iuste imputatum. Sed contra obijcitur duplicit. Primo querendo quomō talis voluntas recta posit dici. q̄ p̄mus homo nec meruit nec stetit? Et respondet ip̄am fuisse rectam p̄ mali carentiam. ⁊ quia per hoc eam ad tempus stare voluit. Secūdo querit sic. Cum resistere malo sit meritoriuz si potuit in primo statu resistere malo. ergo mereri potuit? Et respondet q̄ resistere malo in natura corrupta meritorium bene est. in qua est aliquid impellens ad malum. sed non fuit sic in natura integra. in qua fuit auxiliuz includens rectitudinem oīm potentiarū anime. absq; quocunq; impellente ad malum. Secunda ꝓpositio est hec. Auxilium quo homo in statu innocentie potuisset vitasse peccatum est liberum arbitriū pertinens ad superioris rationis portionem. Hanc magister insinuās ḡrit. Quid sit illud auxiliū quo hō potuisset in primo statu vitasse peccatū? Et respondēs dicit q̄ fuit liberum arbitrium. quod describens dicit q̄ sit facultas rationis ⁊ voluntatis: qua bonum eligitur cum gratia ⁊ malum sine gratia. ⁊ dicitur liberum quo ad voluntatem. ⁊ dicitur arbitrium quo

ad rationem ad quam spectat potentia discernendi. Et dicitur facultas voluntatis et rationis eo q̃ tã ad voluntatem q̃ ad rationem spectat. Ex quo correlarie infert q̃ liberum arbitriũ sit potentia rationalis nature qua potest velle bonum vel malum vtrũq; discernendo. et p consequens bruta animalia eo carẽt et sic tantum sensum et oppetitum q̃ sensualitas dicit habent. Et subdit q̃ sensualitas et ratio sunt due vires anime ab inuicem differentes. Nam sensualitas respicit sensus corporis et appetitus eorũ. Ratio vo est quedam vis anime supior excedens omne illd qđ habemus cõmune cum brutis. Cuius q̃dem rationis duplex est portio. vna inferior que disponit temporalia. Alia superior que eternis bonis conspiciẽdis intendit. Et he due portiones non nominant duas esse potentias anime. sed diuersa esse officia vnius et eiusdem potentie. Tertia ꝓpositio est hec. Tunc mortaliter vel venialiter peccamus: dum vl in opus vel in delectationem culpe consensum damus. Hanc mgr insinuans dicit q̃ ad instar ꝑmi hois ꝑmi peccati aliq̃n contingit nos peccare. Vnde sicut in primo peccato ꝑmorum parentum inueniebatur spes suadens mulieri. et mulier suadens viro. ita et in nob sensualitas p modum spentis suadet rationi superiori. nam ratio supior et inferior habet se sicut vir et mlier q̃ sicut vir seductus fuit a muliere sibi data in adiutorium. et vnum cũ ipo existit in carne vna. ita ratio inferior a supiori deducit: et est ei in adiutoriũ vnum cũ illa vna mentis natura existens. Et subdit q̃ motus ad peccandũ q̃ solum est in sensualitate est petñ veniale. sed pueniens ad rationem supiorem est peccatum mortale. consistens aũt in ratiõe inferioris: si non diu teneat etiam est veniale. Si vo in ea diu teneatur mortale est. Et hec ola ꝓbat autoritate beati Augustini. addens q̃ ratio inferior etiam quãdo q̃ sumit ꝑ sensualitate. quod dimittit diligẽti lectori pscrutandũ. igit ẽt. Et tñ in spẽali de snla huius distinctionis.

Redit ad liberi arbitrij considerationem. a

DI. XXV

Diffinitio liberi arbitrij.

I Am vero ad ꝓpositum redeamus. s. ad liberi arbitrij tractatum. Qđ philosophi diffinientes dixerũt liberum de voluntate iudiciũ. q̃ ptãs ipa et abilitas voluntatis et rationis quas supra diximus esse liberũ arbitrium. libera est ad vtrũlibet. q̃ libere põt moueri ad ꝟ vel ad illud. Liberũ ergo dicit arbitriũ quantus ad voluntatẽ. q̃ voluntarie moueri et spõtaneo appetitu ferri põt ad ea que bona vel mala iudicat. vel iudicare valet.

Q liberum arbitrius non pertinet nisi ad futurum. nec ad omne futurum. b

Hoc autem sciendũ est q̃ liberum arbitriũ ad pẽs vel ad ptẽritum non refert: sed ad futura cõtingẽtia. Quod enim in ꝑsenti est. determinatũ ẽ: nec in potestate nostra est vt tunc sit vel non sit qñ est. potest enim non esse vel aliud esse postea. ꝟ non põt nõ esse dũ est. vl aliud eẽ dũ id est qđ est: ꝟ in futuro an hoc sit vel illud ad ptãtem liberi arbitrij spectat. Nec tam ẽ omnia futura sub potestate liberi arbitrij veniũt: sed ea tantũ que p liberum arbitriũ possunt fieri vel non fieri. Si quis enim tale quid velit ac disponat facere quod in eius nullatenus sit potestate. vel q̃ sine ipius dispositione eque fieret. in hoc ipe liberũ nõ habet arbitriũ.

Q suprapposita descriptio liberi arbitrij nõ cõuenit deo. nec his qui glorificati sunt. c

Et quidem sm predictam assignationẽ in his tñ videtur esse liberũ arbitrium qui voluntatez mutare et in contraria possunt deflectere. In quorum videlicet potestate est eligere bonũ vl malum. et vtrũlibet ꝟm electionez facere vl dimittere. Scõm q̃ nec in deo nec in his omibus: qui tanta beatitudinis gratia sunt roborati. vt iam peccare nequeant liberũ arbitrium esse nequit. Sed q̃ deus liberũ arbitrium habeat Aug⁹. docet in lib. xxij. de ciui. dei ita inqens. Certe deus ipe nunqd qñ peccare non põt. ideo liberũ arbitrium habere negandus est. Amb. q̃ in li. de tri. ait. ꝓpaulus dicit. quia omnia opat vnus atq; idem spũs. diuidẽs singulis put vult id est p libere voluntatis arbitrio. nõ pro necessitatis obsequio.

Q in deo liberum arbitrium.

Ambro.

Qualiter in deo accipit liberũ arbitrium. d

Sed aliter accipit liberũ arbitrium in creatore q̃ in creaturis Dei etem liberũ arbitrium dicit eius sapientissima et omnipotens voluntas. que nõ necessitate: ꝟ libera bonitate omnia facit put vult. Idcoq; Hiero. attendẽs nõ ita esse liberũ arbitriũ in deo sicut est in creaturis. ab ipo videt liberum arbitriũ excludere i omelia quadam de filio ꝓdigo dicẽs. Solus deus est in quem peccatũ nõ cadit: nec cadere potest. Cetera cũ sint liberi arbitrij in vtranq; ptem flecti possunt. Hũ ait: cetera. indicat liberum arbitrium sicut est in

Hiero.

ceteris non ita esse in deo.

Q angeli et sancti qui iam bti sunt habent liberū arbitriū. e

Angeli vo et sancti qui iam cum dño feliciter viuūt. atq; ita gr̃a beatitudinis confirmati sunt vt ad malum flecti nō velint nec pñt: libero arbitrio non carēt. Unde Aug⁹. in li. xxij. de ciuitate ait. Sicut p̃ma immortalitas fuit quam peccando Adā pdidit posse nō mori. ita p̃mum liberū arbitriū posse nō peccare. nouissimū nō posse peccare Idē in ench. Sic oportebat p̃us hominē fieri. vt bene velle posset et male. Postea vero sic erit vt male velle nō possit. nec ideo carebit libero arbitrio. Multo quippe liberi⁹ erit arbitriū quod omnino non poterit fuire peccato: necq; aut volūtas nō est. aut libera dicenda nō est. q̃ beati sic esse volumus. vt esse miseri nō solū nolimus. sed nequaq; pius velle possimus. Sicut ergo aīma nr̃a nūc habet nolle infelicitatē. ita nolle iniquitatem semp habitura est. Sed ordo fuādus fuit quo deus voluit ostendere q̃ bonū sit animal rationale qđ etiā peccare possit. q̃uis sit meli⁹ qđ peccare non possit. Ecce his vbis euidenter astruit q̃ post beatitudis confirmationē erit i hoie liber arbitriuz quo peccare non poterit. et nunc in angel̃ est et i sanctis qui cum dño sunt. et tanto vtiq; liberius quāto a peccato immuni⁹. et ad bonum pnius. Quo em̃ quisq; ab illa fuitute: de qua scriptum est. Qui facit peccatuz fuus est peccati. longius absistit. tanto in eligendo bonum liberius habet iudicium. Unde si diligent̃ inspiciat liberū videt̃ dici arbitrium. quia sine coactione et necessitate valet appetere vel eligere qđ ex rōe decreuerit.

augusti.

z liberius et arbitriuz q peccare ñ pterit.

Fidēs et suffis rō ārē dat eē liberū arbitriū

De libertatis arbitrij differentia p̃m diuersa tpa. f

Ex predictis pspicuum fit q̃ maior fuit libertas arbitrij p̃ma q̃ secunda. et tertia mlto maior q̃ secūda. vt p̃ma. Prima em̃ libertas arbitrij fuit i qua poterat peccare et nō peccare. Ultima vo erit in qua poterit non peccare. et non poterit peccare. media vo in q̃ pōt peccare. et ñ pōt nō peccare. añ repatōz etiā mortaliter post repationem vo saltem venialiter.

De quattuor statibus liberi arbitrij. g

Et possunt i homine notari quatuor stat⁹ liberi arbitrij. Añ pctm̃ em̃ ad bonum nil impediebat. ad malum nil impellebat. Nō habuit infirmitatem ad malū. et habuit adiutorium ad bonum. Tunc sine errore ratio iudicare et voluntas sine difficultate bonū appetere poterat. Post pctm̃ vo añ repationem gr̃e premitur a cupia et vincit. et hz infirmitatez in malo: sed non habet gr̃am in bono. et iō pōt peccare et non pōt nō peccare: etiā dānabiliter. Post repationem vo añ confirmationem p̃mitur a concupiscentia: sed nō vincitur. et habet quidem infirmitatem in malo: sed gratiam in bono. vt possit peccare p̃pter libertatem et infirmitatem. et possit nō peccare ad mortem propter libertatē et gratiam adiuuantem. nondū tm̃ hz posse omnino non peccare vel non posse peccare p̃pter infirmitatem nondū pfecte absorbtaz. et ppter gratiam nondum plene cōsummatam. Post confirmationem vo infirmitate penitus consumpta et gr̃a cōsummata. nec vinci poterit nec p̃mi. et tunc habebit non posse peccare

De corruptione liberi arbitrij per peccatum. h

Unde manifestuz est q̃ p̃ter alias penalitates p̃ pctō illo incurrit hō pnā in corruptōe et deprssiōe liberi arbitrij. Per illō nāq; pctm̃ nāt alia bōa ipo hoie corrupta sunt et gr̃tuita detracta. hoc est em̃ ille q̃ a latronib⁹ vulneratⁿ est et spoliatⁿ. Vulneratⁿ q̃dē in naturalibus bonis q̃b⁹ nō ē p̃uatⁿ. alioq̃n nō possz fieri reparatio Spoliatⁿ vo gr̃tuitis q̃ p gr̃am naturalib⁹ addita fuerāt. hec sunt data optima et dōa pfecta. Quoz̃ alia sūt corrupta p pctm̃. i. naturalia. vt ingeniū. mēoria. intellectⁿ. alia sbtracta. i. gr̃tuita. quāq; et naturalia ex gr̃a sint. Ad generalē dei q̃pe gr̃tiam ptinēt. Sepe tm̃ hmōi fit distinctio cuz gr̃e vocabulū ad spēz nō ad genⁿ refertur. Corrupta ē g̃ libtas p pctm̃ et ex pte pdita Añ Aug⁹. in ench. Libero arbitrio male vtēs hō et se pdidit et ipm. Cū em̃ libo arbitrio peccaret: victore pctō amissum ē et liberū arbitriū. A quo em̃ quis deuictus est

Augusti.

huic seruus addictus est. Ecce liberū arbi
triū dicit hoiem amisisse. nō quia post pec
catum nō habuerit libez arbitriñ. sed quia
libertatem arbitrij pdidit. nō quidē oīem
ſ libertatē a miseria ⁊ a peccato.

¶ De tribus modis libertatis ar=
bitrij. i

Est nanq; libertas

triplex. ſ. a necessitate. a peccato. a miseria.
A necessitate ⁊ añ peccatū ⁊ post equelibe
rum ē arbitrium. Sic em tūc cogi nō pote
De libertate a necessitate. rat ita nec modo. Jdeoq; volūtas merito
apud deū iudicaſ que semp a necessitate li=
bera est ⁊ nunq; cogi pōt. vbi necessitas ibi
nō est libertas. vbi nō est libertas. nec vo=
lūtas ⁊ ideo nec meritū. Hec libertas in oi
bus est tā in malis q̄ in bonis. Est ⁊ alia
De libertate a peccato. libertas a peccato. ſ. de qua dicit apostol⁹.
Vbi ſpūs dñi ibi libertaſ. Et vitas in euā
gelio. Si filius vos liberauerit vere liberi
eritis. Hec libertas a ſuitutē peccati libe=
rat ⁊ seruos iusticie facit. sicut ecōuerso ser
uitus peccati liberos iusticie facit. Unde
apostol⁹. Liberati a peccato serui facti estſ
iusticie. Et item. Cum serui essetis peccati
liberi fuistis iusticie. Hanc libertatem pec=
cando homo amisit. Jdeoq; Aug⁹. dic. q̄
homo male vtens libero arbitrio: ⁊ se per=
dit ⁊ ipsum. quia perdita est p peccatum li
bertas. nō a necessitate sed a peccato. Qui
cñ facit pctñ. seruus est peccati.

Qui habent hanc libertatez ſcz a
pctō et per quid. k

Jſtam libertatem

que est a peccato illi soli nunc habēt quos
filius p gr̄am liberat ⁊ reparat. nō ita q̄ pe
nitus ſint sine pctō in hac mortali carne. ſ
vt in eis peccatuz nō dñeſ neq; regnet. Et
hec est vera ⁊ bona libertas que bonaz pa=
rit seruitutem. ſ. iusticie. Añ Augustin⁹ in
ench. ait. Ad iusticiā faciendam nō erit ali=
quis liber nisi a peccato liberat⁹: esse iusti=
cie ceperit seruus. ⁊ ipsa est vera libertas
ꝓpter recti facti leticiam. simul ⁊ pia serui=
tus ꝓpter precepti obedientiam. Est alia
libertas nō vera male seruituti adiuncta. q̄
ē ad malū faciendū vbi ratio dissentit a vo
luntate iudicans nō esse faciendum qđ vo=
luntas apetit. Ad bonū vero faciendū cō=
cordat ratio voluntati. ⁊ ido ibi vera liber
tas est ⁊ pia. De libertate aūt ad malum ⁊
seruitute mala ait Aug⁹. in ench. Serui ad
dicti peccato. ſ. q̄ potest esse libertas nisi
q̄ñ eum peccare delectat. Liberaliter enim
seruit qui sui dñi voluntatez libenter facit.
ac p hoc ad peccādū liber ē. qui peccati ser
uus est.

¶ Questio de libertate ad maluz
an sit ipa libertas liberi arbitrij an
alia l

Hic q̄rī pōt vtruz

hec libertas qua quis liber est ad maluz sit
libertas arbitrij? Si em libertas arbitrij est.
bonū quidem est. quia libertas arbitrij bo Respō ſm
num naturale est. Quibusdā videt q̄ sit ip quosda
sa libertas arbitrij. que semp bona est. ſ ꝓ=
pter peccati seruitutem ad malum fit liberi
or ⁊ pronior. ⁊ ideo dicitur non esse vera li
bertas. quia ad malum est. Alijs autem vi
detur q̄ hec libertas ad malum quam su=
pra cōmemorauit Aug⁹. nō sit ipa libertas
arbitrij. sed sit quedā pronitas peccandi et
curuitas que ex peccato est. ⁊ mala est.

¶ Questio alia de libertate ad bo
num. an ipa sit libertas arbitrij an
non. m

Similiter etiā que

ri solet vtrū illa libertas vera que est ad iu
sticiam faciendam sit ipa libertas arbitrij? Respōſi m
Quidam dicunt illam eandem esse: sed re= quosdam
paratam p gr̄am: qua iuuante libera est ad
bonum. sine gratia vo non est libera ad bo
num. Unde Aug⁹. in ench. Jſta libertas
ad bene faciendum vnde erit homini addi=
cto ⁊ vendito sub peccato: nisi eum redimat
qui dicit. Si filius vos liberauerit: vere li
beri eritis. Quod anteq̄ fieri in homie in=
cipiat. quō q̄sq̄ de libero arbitrio gloriaſ
qui nōdum est liber ad opandum bñ. Ecce
apte ostendit liberū arbitriū p gr̄am libera
ri. vt p illud bñ opeſ quis. Jdeoq; dicunt
illā libtatem veram q̄ est ad bñ faciendum
cui⁹ supra meminit Aug⁹. esse libtatē ipaz
arbitrij gr̄a dei liberatā ⁊ adiutaz. Alij vo Scom q
putāt. nō esse ipam arbitrij libtatem: ſ aliā
quandā q̄ ex gr̄a ⁊ libero arbitrio in mente
hois deo opante incipit esse cū reparat⁹ est.

Certa determinatio vtriuſq; que=
stionis qua dicit libertas ad bonū
et ad malū esse libertas arbitrij. n

Veruz nobis magis placet vt ipa libertas arbitrij sit. z illa qua ꝑus liber est ad maluz. z illa qua ꝺs liber est ad bonũ faciendũ. Ex causis eñ varijs sortiť diuersa vocabula. Dicit enim libertas ad malũ faciendũ anteq̃ ꝑ gratiam sit reparata. sed cũ ꝑ gratiam fuerit reparata dicit libertas ad bonum faciendũ. quia añ gratiam libera est voluntas ad malum. ꝑ gratiam ꝝo libera fit ad bonuz. Semp ꝯ voluntas hois aliquo mõ libera est: ꝑ non semp bona est. Non eñ est bona: nisi a peccato liberata. est tñ a necessitate libera. Añ Aug⁹. in li. de gr̃a z libero arbitrio. Semp in nobis voluntas libera est: sed nõ sp bõa est. Aut eñ libera est iusticie qñ fuit peccato. z tunc est mala. aut a peccato libera est: qñ fuit iusticie. z tunc est bona.

Be libertate a miseria. o

Est iteruz libertas a miseria. de qua apls ait. Et ipa creatura liberabiť a fuitute corruptionis in libertatem glorie filiorũ dei. Hanc libertatem habuit hõ ante peccatũ. qz omni carebat miseria z nulla tangebať molestia. z pleni⁹ habebit in futura beatitudine vbi miser eẽ nõ poterit. Sed in hac vita que est inter ꝑmũ peccatum z vltimam confirmationem: nemo a miseria liber est. quia penam peccati non caret.

Repetit de corruptione liberi arbitrij. vt addat alia. p

Ex predictis appa ret in quo ꝑ peccatũ sit imminutũ vel corruptum liberũ arbitrium. qz ante peccatuz nulla erat homini difficultaſ. nullũ q̃ impedimentũ de lege mẽbrorum ad bonũ. nulla impulsio vel instigatio ad maluz. Hũc autem ꝑ legem carnis ad bonum impeditur: z ad malũ instigať. vt non possit velle z ꝑficere bonũ nisi ꝑ gr̃am liberet z adiuuet. qz ait apls. Peccatũ habitat in carne. Liberũ ꝯ arbitriũ cum sp z in singul' sit liberꝝ nõ est tñ pariť liberũ in bonis z in mal'. et ad bona z ad mala. Liberi⁹ est eñ in bonis vbi liberatũ est: q̃ in mal' vbi liberatuz nõ est. Et liberius est ad maluz qõ ꝑ se põt: q̃ ad bonũ. quod nisi gratia liberet z adiuuetur: non potest.

ꝯ nõ ꝑ partẽ lit. ar. in bo n z in mal': a bona z ad ma la

Be libertate que fit ex gr̃a et que ex natura. q

Libertas ergo a peccato z a miseria ꝑ gratiam est. libertas ꝝo a necessitate ꝑ naturam. Utranq̃ libertatem nature. s. z gratie notat apostol⁹ cuz ex persona hominis non redempti ait. Adest michi. pficere autem bonũ nõ inuenio. ac si diceret. habeo libertatez gratie Ideo non est apud me pfectio boni. Nã voluntas hois quam naturaliter habz. nõ valet erigi ad bonum efficaciter volendum vel'ope implendũ: nisi ꝑ gratiam liberet z adiuuet. Liberet quidem vt velit. z adiuuetur vt pficiat. Quia vt ait apls. Nõ est volẽtis velle neq̃ currentis currẽ. i. operari ꝑ misertis dei: qui opať in nobis velle et operari bona. cuius gr̃am non aduocat hominis volũtas vel opatio: sed ipa gr̃a voluntatem ꝑuenit ꝑparando vt velit bonũ: z ꝑparatam adiuuat vt pficiat.

Quid possit ꝑse hois volũtas. z ꝙd ꝑ gr̃am.

Ista est distinctio. xxv. huius secũdi libri. In q̃ mgr̃ postq̃ egit de libero arbitrio ꝑ ut est in omnibus in generali. agit de eo ꝑut est in q̃busdam in spẽali. Et tria facit. Primo enim ostẽdit respectu quorũ sit liberum arbitriũ. z q̃ aliter sit in deo. z aliter in homine. z aliter in angelo. Secũdo quomõ differenter ad bonum vel malum se habeat in viatoribus. Tertio qualiter ipm modo debilitatũ sit ex peccato. Primum facit a ꝓncipio distinctionis vsq̃ ibi. Nic queri potest. Secundũ ab inde vsq̃ ibi. Ex predictis apparet. Tertium ꝝo vsq̃ ad finem distinctionis. In specialiſ sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus. quarum ꝑma est hec. Liberũ arbitriũ quod solum respectu futurorũ cõtingentiũ est in viatoribus aliter in deo. aliter in angelis z aliter est in hominibus. Hanc mgr̃ ponens dicit q̃ liberum arbitriũ phi diffinientes dixerũt hoc esse libꝝ de voluntate iudicium. eo q̃ libere possit moueri ad hoc vel ad aliud. non aũt attendit libertas arbitrij respectu ꝑsentium aut ꝑteritorũ. qz pntia z preterita determinata sunt. nec subiacent nostre volũtatis facultati. sed solum respectu futurorũ contingentiuz que solum humane subsunt prãti. Et subdit q̃ liberum arbitrium dissimiliter est in deo. nobis z angeľ beatis. Nam in deo est omnino liberum arbitrium a seruitute peccati. In angeľ beatis confirmatũ ꝑ gratiam. In nob aũt est flexibile in bonũ vel in malum. Añ sm q̃druplicẽ hois statũ q̃druplex assignat i homine fuisse libtas. in statu innocẽtie erat libertas in hoie q̃ potuit peccare z nõ peccare. in statu beatitudinis seu patrie. erat in eo libertas q̃ nullo mõ poterat peccare. In isto statu vie post pctm̃ añ reparatõez habuit libertatem q̃ non potuit nõ peccare etiã mortaliť. In statu ꝝo post pctm̃ z post reparationez ante gl'am habet libertatẽ q̃ hõ nõ põt peccare venialiť. Arguiť hõ põt peccare mortaliť post pctm̃ z post reparationẽ ante statum glorie. ergo illud dictũ mgr̃i nõ vidz vere esse assumendũ. añcedẽs ꝓbať. qz ille põt peccare mortaliter qui habet potentiã ad oppo

sita existentem. Sed homo in illo statu exñs habet ad oppositā potentiā inclinatām. ergo potest etiam mortaliter peccare. maior nota est. Sed minor patz ex hoc q̄ homo habet in illo statu potentiam rōnalē que est ad oppositā. Solutio satis manifesta est z patet ergo dimittit. Ex quo infert corrolariū q̄ liberū arbitriū p̄ pctm̄ est vulneratū z expoliatuz. vulneratum quo ad naturalia. expoliatum quo ad gratuita que duo homo sine gratia non potest repare. sic aliq̄s qui seip̄m occideret. ille non posset p̄ se ad vitam redire. qm̄ non ens non potest esse alicuius rei p̄ducibilis p̄incipium. Sed p̄ interfectionem occisus factus est non ens. ideo p̄ se non potest ad vitam redire. licet tamen possibile sit p̄ x̄tutem diuinaz. alś nō sequeret eñ q̄ idem esset sui ipsius p̄incipium p̄ductiuum quod contradictionem implicat. Subdit etiam q̄ sit triplex libertas. Prima est a coactiōe. et illa semp fuit z manet in hominibus in oi statu. Alia est libertas a miseria. z illa habuit liberū arbitriū in statu innocentie. z habebit ip̄m in statu beatitudis z glorie. Tertia est libertas a peccatis que soluz est in hominibus viatoribus: qui p̄m gratiaz a peccatis liberant. Unde infert q̄ etiam sicut seruus iusticie ē liber a peccatis. sic seruus peccati est liber a iusticia. non tamen p̄pter hoc seruus peccati est liber dicendus. eo q̄ libertas a iustitia. s. non sit vera libtas cēsenda. Secūda p̄positio est hec. Quāuis hō solo libero arbitrio mediante non possit pfecte p̄ se in bonum p̄ se tamen ip̄o solo mediante pōt in malū. Hāc magister p̄hans querit. Utrum in hoīe ad bonuz et ad malum faciēdum sit libertas arbitrij? Ad quod respondens recitat duas opiniones z postea sententiam suam p̄priam. Prima opinio dicit q̄ sola libertas arbitrij etiam nullo addito facit hominē liberuz ad bonum vel ad malum faciendum. Secūda dicit. q̄ non sola libertas arbitrij efficiat. sed mediāte aliquo alio addito ita q̄ p̄onitas ad peccandum addito libero arbitrio moueat ip̄m ad malum. gra x̄o ipsi apposita moueat ip̄m ad bonum. Sed magist̄ ponens sententiā suam dicit. q̄ vtrūq̄ sit a libero arbitrio. s. z posse in bonum z posse in malum. ita q̄ posse in malum habeat homo ex se. posse autē in bonuz mediante gratia. sine qua non potest quis in bonuz nisi valde debiliter. Et hoc confirmat magister auctoritate beati Augustini. Tertia p̄positio ē hec. In hominibus liberum arbitrium est quodāmodo p̄ peccatum minutum. Hanc magister p̄bans dicit. q̄ ex p̄dictis patet q̄ liberum arbitrium sit i homine per peccatum minutum seu quodāmodo in sua libertate corruptum. quia ante peccatum homo potuit sine difficultate moueri in bonum. quod post peccatum non potest lege membrorum repugnante. eo q̄ p̄ peccatum recepit difficultatem ad bonum z inclinamentum. seu p̄onitatem ad malum. q̄ ante peccatum non habebat. Et libertas nature. id est libertas a coactione. quam libertatem nature vocat. eo q̄ p̄ naturam inest z etiam cuilibet non sufficit ad bonū p̄ficiendum. si non assit libertas gratie. id est libtas a miseria z peccato. ita q̄ p̄ liberum arbitrium nullꝰ potest velle bonum: nisi liberatus a seruitute peccati: neq; p̄ficere bonum nisi adiutus gra assistente. qō p̄bat p̄ illud apostoli. Non est volentis neq; currentis sed dei miserentis: q̄ operatur in nob velle z p̄ficere. Et iñ in spēali.

De gratia operante et cooperante.

DI. XVI

b Hec est gratia operās z cooperās. Operās eñ gra p̄parat hois voluntatem vt velit bonum. Gra cooperans adiuuat ne frustra velit. Añ aug⁹. in li. de gra z libero arbi. Coopando de⁹ i nob p̄ficit qō opando incipit. q; ip̄e vt velim⁹ opaī incipiēs. q̄ volentibus cooperatur p̄ficiens. Ut g̃ velimus opaī. Cū autē volumus z sic volumus vt p̄ficiam⁹: nob coopatur. z tñ sine illo vel opante vt velimus: vel coopante cū volumus bona pietatis opa nihil valemus. Ecce his verbis satis apīt quesit opans gra: z q̄ cooperās Opans eñ gra est que p̄uenit voluntatez bonam. ea eñ liberaī z p̄paraī hois volūtas vt sit bona. bonumq̄ efficaciter velit. Aug ti.

// Coopans vo gra voluntatem iā bonaz sequit adiuuando. Añ Aug⁹. cō Julianū hereticū qui bonā voluntatem ex libero arbitrio tñ esse dicebat. atq; hoiem p̄ liberuz arbitriū posse bonū velle z opari sine g̃tia asserebat ait. Aptam de cōmendatiōe gratie apl̄s sententiā ptulit cum ait. Nō est volentis neq; currentis: sed dei miserētis. Hec si attenderes Juliane. non extenderes contra gram merita voluntatis humane. Nō eñ ideo miserē de⁹ alicui⁹ q; voluit et cucurrit: ℔ ideo voluit z cucurrit. q; miserē deus. ℔paraī eñ voluntas hois a deo: z a dño gressus hois dirigunt. Jōq; congrue ait. Nō est volentis neq; currentis: ℔ miserentis dei. Nō q; b sine voluntate nra agaī: sed q; volūtas nra nil boni agit: nisi diuinitus adiuuet. Añ alibi apl̄s ait. Nō añt ego ℔ gra dei mecū. Non ideo dicit q; nihil boni agebat: ℔ q; nihil boni ager ēt: si illa nō adiuuaret. His testimonijs apte insinuaī: q; voluntas hois gra dei p̄uenit atq; p̄paraī vt fiat bona: nō vt fiat voluntas. q; z añ gram volūtas erat: ℔ non erat bona z recta volūtas. Questi ratia operet q̄ coop⁹. De pfecte iusticie Augusti⁹ ad Paul.

Quid sit voluntas.

b Voluntatē ipsam Aug⁹. in li. de duab⁹ aiab⁹ ita diffinit Volūtas ē ai mot⁹ cogēte nullo ad aliq̄d nō admittēdū l̄ adipiscēdū. h ā t vt nō admittat malū z adipiscaī bonū p̄uenit z p̄paī dei gra Añ apl̄s graz p̄uenientē z sbsequentez cōmēdās. i. opantē z coopantē vigilāt dixit Nō ē volēti neq; currēti: ℔ dei miserēti. z ñ econūso. nō ē miserēti dei ℔ volēti z currēti De gra op⁹ te z coopa z hois vo tate.

Nam si vt quibusdam placuit qđ dictũ est ita accipiaꝫ. Non est volentis neq; currentis: ꝫ miserentis dei. tanq; diceret. nõ sufficit sola voluntas hominis: si nõ sit etiã misericordia dei. Econtra dicitur non sufficit etiam misericordia dei si non sit etiã voluntas hominis. Ac per hoc si recte dictuz est illud. quia id volũtas hominis sola nõ implet. cur non etiam a contrario recte dr non miserentis est dei: sed volentis est hominis cum id misericordia dei sola non impleat. Homo enim credere vel sperare non poterit: nisi velit. nec puenire ad palmã: nisi volũtate currat. Restat g̃ vt ideo ita recte dictum intelligaꝫ. vt totũ deꝫ deo q̃ hois voluntatem bonã p̃uenit ⁊ p̃parat adiuuandam. ⁊ adiuuat p̃paratam. nolentẽ p̃uenit vt velit. volentem subsequit ne frustra velit. Ecce his verbis ⁊ alijs p̃missis euidenter tradit qz voluntas hoīs p̃paratur ⁊ p̃uenitur gr̃a dei vt velit bonum. ⁊ adiuuaꝫ ne frustra velit.

qz bona voluntas comitatur gratiam. c

Itaqz bona volũtas comitaꝫ gr̃am: non gratia voluntatez. Unde Augꝰ. ad Bonifacium papam scribens contra pelagianos inq̃t. Cũ fides impetrat iustificationem sicut vnicuiq; deus ptitus est mensurã fidei. non gr̃am dei aliquid meriti p̃cedit humani. sed ipa mereꝫ augeri. vt aucta mereaꝫ ⁊ pfici volũtate comitante: non ducente. pedisseq;: nõ p̃uia. Ecce hic apte habes qz gratia p̃uenit bõe voluntatis meritũ. ⁊ ipa bona volũtas pedissequa est gratie non p̃uia.

Que sit gr̃a voluntatem p̃uenies scz fides cum dilectiõe. d

Et si diligenter intendas nihilominus tibi monstraꝫ que sit ipa gr̃a voluntatem p̃uenies ⁊ p̃parans. scz fides cum dilectõe. Ideoq; Augꝰ. in eodem tractans quõ iustificati sumus ex fide ⁊ tñ gratis. vtrunq; enim dicit apls qui dicit. Justificati ex fide. alibi ait. Justificati gratis p gratiam. Hoc eñ ideo dixit: ne fides ipa supba sit ne dicat sibi: si ex fide iustificati. quõ gratis? Nõ eñ fides mereꝫ: cur non potiꝰ reddit q̃ donaꝫ. Non dicat hõ ista fidelis. qz cum dixerit habeo fidem vt merear iustificationem. Respondeꝫ ei. Quid habes qđ non accepisti? Fides eñ qua iustificatus es: gratis tibi data ẽ. Hic apte ostendit qz fides est causa iustificationis. ⁊ ipa est gratia ⁊ beneficiũ quo hominis p̃uenitur voluntas ⁊ p̃paraꝫ. Un̄ Augustinus in p̃mo libro retractationuz. Voluntas est qua ⁊ peccatur ⁊ recte viuitur. Voluntas no ipa nisi dei gratia liberetur a ſuitute qua peccati ſua facta est. ⁊ vt vitia superet ⁊ adiuuetur. recte pieq; viui a mortalibus non potest. ⁊ b beneficiuz quo liberaꝫ nisi eam p̃ueniret iam meritis daretur. ⁊ non esset gratia: que vtiq; gratis datur. Preuenitur ergo bona hoīs voluntas illo gratie bñficio quo liberaꝫ ⁊ p̃paratur. Et illud beneficiũ fides christi recte intelligit. sicut Augꝰ. in ench. euidenꝫ ostendit dicens. Ip̃m arbitrium liberanduz est post illam ruinam a seruitute peccati. Nec omnino per seipsum: sed per solam dei gratiam que in fide christi posita est liberatur ⁊ voluntas p̃pareꝫ. Ecce aperte dicit gratiam per quam liberaꝫ arbitrium ⁊ p̃paratur voluntas. sitam esse in fide christi. Fides enim christi (vt in eodem ait) impetrat quod lex imperat.

De beneficio quo volũtas liberaꝫ

qz voluntas bona que p̃uenitur gratia quedam dei dona p̃uenit e

Ipsa tamen eadez voluntas quedam gr̃e dona p̃uenit. Unde Augꝰ. in ench. Precedit bõa volũtas hominis m̃ta dei dona: sed non oia. que aũt non p̃cedit: ipa in eis est ⁊ ipa iuuat. Naz vtrũq; legit in sanctis eloquijs. Et misericordia eius p̃uenit me. ⁊ misꝯdia dei subsequetur me. Nolentem quipe p̃uenit vt velit. volentem subsequitur ne frustra velit. Cur eñ ammonemur orare p inimicis nostris nolentibus pie viuere: nisi vt deus in eis operet ⁊ velle. Itẽq; cur ammonemur petere vt accipiamus: nisi vt ab illo fiat qđ volumus a quo factum est vt velimꝰ. Inde aplus ait. Nõ est volẽtis neq; currẽtis: sed dei miserẽtis. Ex his apparet qz bõa hois volũtas q̃dã bõa dei p̃uenit. quia eã comitaꝫ gratia adiuuans. ⁊ q̃busdam p̃euenit. quia eam p̃uenit gratia operans. s. fides cum charitate.

Que predictis videant aduersari
sez qđ videt dici fidem esse ex vo-
luntate. f

Non ẽ tamen ignorandum quod alibi Augustinus significare videt q ex voluntate sit fides. de illo verbo apostoli. Corde creditur ad iusticiam. ita sup Johannem tractans. Ideo non simpliciter apostolus ait creditur. sed corde creditur. quia cetera potest homo nolens. credere non nisi volẽs. intrare ecclesiaz z accedere ad altare potest nolens sed non credere. Itez sup Genesim vbi Laban z Batuel dixerunt. Vocem⁹ puellam z queram⁹ eius volũtatem. dicit expositor. quia fides est voluntatis non necessitatis. Ad quod respondentes dicimus. non hec ita accipienda fore vt ex voluntate hominis fides intelligatur prouenire cũ ipsa sit proprie dei donum. vt ait apostolus. et ex ea bona hominis merita incipiant. Per hanc enim vt ait. Augustinus super psalmum. lxvj. iustificatur impius. id est. fit de impio pius. vt deinde ipsa fides incipiat per dilectionem operari. vnde omnia bona merita incipiũt Sz potius hec ideo ita dicta sũt. quia non est fides nisi in eo. qui vult credere cui⁹ bonam voluntatem fides preuenit nõ tempore sed causa et natura. Unde Augustinus supra congruenter dixit. q bona voluntas in eis donis est que non precedit. z ipsa iuuat. quia ea iuuat quibus preuenit dũ eis consentit ad effectum boni z in eis est. quia tempore ab eis nõ precedit.

Ratio cũ determinatione

Quedaz adhuc addit que grauiorem faciunt questionẽ. s. q cogitatio boni precedit fidem. g

Ceterum hãc questionem magis acuunt. z vrgent verba Augustini quibus in libro de predestinatione sanctorum vtitur tractans illud verbum apostoli. Non q sufficientes simus cogitare aliquid quasi ex nobis. Attendant iquit hic z verba ista perpendant: qui putant ex nobis esse fidei ceptũ. z ex deo esse fidei supplementum. Cõmendãs enim istã grãm que nõ dat sm aliqua merita. sed efficit omnia bona merita inquit. nõ q sufficiẽtes simus cogitare aliquid boni. s. ex nobis. Quis autem nõ videat prius eẽ cogitare q credere

Null⁹ quippe credit aliqđ nisi prius cogitauerit esse credendũ. Si ergo cogitare bonũ non ẽ ex nobis. vt hic aplus tradit: nec credere. quã q z ipm credere nihil ẽ aliud q cũ assentione mẽtl cogitare. Hic videt insinuare q cogitatio bona p̃cedat fidẽ. z ita bona voluntas p̃uenit fidem. nõ p̃uenias. qđ p̃dictis aduersari videt. Ad hoc aũt dicimus q aliqñ cogitatio bona sine voluntas p̃uenit fidem. sed nõ est illa bona volũtas vel cogitatio qua recte viuit. Illa em̃ sine fide z caritate nõ est. Nã vt ait Aug⁹. ad Anastasium. sine spiritu nõ est volũtas hominis libera. cuz cupiditatibus vincat nõ ẽ libera ad bonũ nisi liberata fuerit. Nõ aũt liberat nisi p spiritũ sanctum diffundatur charitas in cordib⁹. nõ est libera volũtas nisi eaz liberet grã p legem fidei. id est. nõ est libera sine fide opante p dilectionem z illa sufficiẽter bona est. Nõ est em̃ fruct⁹ bonus qui de charitatis radice non surgit. Si vo assit fides opans p dilectionẽ: fit delectatio boni.

Quid credere.

Determinatio

De illa cogitatõne boni que precedit fidem plene disseritur. h

Illa autem cogitatio siue volũtas que fidem z charitatẽ aliaz q iustificatiões p̃cedit nõ sufficit ad salutẽ nec recte ea viuit. Hac volũtate cõcupiscit illa bona volũtas que ẽ magnũ bonũ. ista vero nõ. Alia ergo illa est volũtas siue cogitatio: alia ista. Et sicut illa istam p̃cedit. ita illam preuenit intellectus. Unde Aug⁹. istam distinguens sup illum locũ ps. Concupiuit anima mea desiderare iquit. nõ desiderauit. Videm⁹ em̃ rõne nõnun q q vtiles sunt iustificatões dei. p infirmitate p̃pediri aliqñ nõ desideramus. Preuolat g intellect⁹. sequit tardus aut nullus affectus. Scimus bonũ nec delectat agere. z cupimus vt delectet Sic iste olim desiderare cõcupiscebat. que bona eẽ cernebat. cupiens eoz̃ habere delectationem quoz̃ potuit videre rationem. Ostẽdit itaq quibus q̃si gradib⁹ ad eas puenitur. prius em̃ ẽ vt videant q̃ sint vtiles et honeste: deinde vt earum desideriũ cõcupiscat. Postremo vt pficiente gracia delectet earum opatio quarũ sola ratio delectabat. Attende hunc ordinem gratiarum quem hic distincte assignat Augustinus. qualiter sez intellectus bonorum precedit

Intellectus z cognitio mali. z volũtatem p̃cedit

Augustinus

Scõm vnum Augustinum ordinẽ fit.

concupiscentiam eorũdem. ⁊ ipa concupiscentia delectationem que fit p fidem ⁊ charitatem. qua habita vere bona est voluntas qua recte viuit. Jpagz fidei comes est non ꝓuia. Qui ꝥba Augustini ꝓmissa fm hanc distinctionem ꝓsiderat. nullaz ibi repugnantiam foze aduertit. nõ ignorans etiam añ grãm ꝓuenientem ⁊ opantez qua voluntas bona ꝓcepit in hoie: ꝓcedere q̃dam bona ex dei gratia ⁊ libero arbitrio. q̃dam etiam ex solo libero arbitrio q̃bus tamen vitam non merek: nec grãz q̃ iustificatur. Illius eñ gratie ꝓcipiende que voluntatem hois sanat. vt sanata legem impleat. nulla merita ꝓcedũt. Jpa est eñ q̃ iustificatus impius fit iustus. qui ꝓius erat impi⁹ meritis aũt impij nõ gratia sed pena debetur. nec ista esset gratia si nõ daret gratuita Datur aũt gratuita. qz nil boni ante fecerat mus vnde hoc mereremur. Nõ negamus tñ multa ante hanc grãm ⁊ ꝓter hanc grãz ab homine fieri bona p liberuz arbitrium. vt tradit Aug⁹. in respõsionib⁹ cõtra pelagianos. vbi dicit hoies p liberũ arbitriuz agros colere. domos edificare. ⁊ alia plura bona facere sine grã coopante.

aliqñ grã stificatiõis ulta i hoie edũt bona lã ex grã ⁊ ctate arbi ij tñ

ug⁹. de spi u ⁊ lra. ug⁹. ad Si am.

ab homie na fiũt p li x arbitriũ

Utrũ vna eademqz sit gratia que dicit operans et cooperans.

i

Hic considerandũ

est cum ꝓdictum sit p gratiam opantem et ꝓuenientem voluntatem hois liberari ac ꝓparari vt bonum velit ⁊ p grãm cooperantem ⁊ subsequentẽ adiuuari. ne frustra velit. vtrũ vna ⁊ eadem sit gratia. i. vnum mun⁹ gtis datũ qõ opek ⁊ coopek. an diuersa alterũ ⁊ alterũ cooperãs? Quibusdam non irrationabiliter vid: qz vna ⁊ eadem sit grã. i. donum. eadem ꝥtus q̃ operatur ⁊ coopatur. sed ꝓpter diuersos ei⁹ effectus ⁊ dicit opans ⁊ coopans. Opans ei dicit inqtum liberat ⁊ ꝓparat voluntatez hois vt bonum velit. Coopans inqtuz eandem adiuuat ne frustra velit. s. vt opus faciat bonum. Jpa enim gratia non est ociosa. sed meretur augeri. vt aucta mercatur ꝓfici.

dic dicit q a sit: sz ꝓ r diuersos ect⁹ diuer sortiknoia.

Quid sit ipsa gratia et quõ meretur augeri querit.

k

Si vero quaritur

quomõ ipa gratia ꝓuenies mereak augeri ⁊ ꝓfici. cum nullum meritũ sit absqz libero arbitrio. ⁊ q̃d sit ipa gratia an ꝥtus an non? Et si virtus: an actus vel nõ. Ut hoc apte insinuari valeat ꝓmittendum est tria esse genera bonorũ. Alia nanqz sunt mag̃. alia minima. alia media. vt Augustin⁹ ait in ꝓmo libro retractationũ. Virtutes inqt quibus recte viuitur mag̃ bona sunt. Species autem quorũlibet corporum sine quibus recte viui potest: minima bona sunt. Potentie ꝥo animi sine quibus recte viui non potest media bona sunt. Jtem virtutibus nemo male vtitur. Ceteris autem bonis. id est medijs ⁊ minimis. non solum bene: sed etiam male quisqz vti potest. ⁊ ideo virtute nemo male vtitur. quia opus virtutis est bonus vsus istorum quib⁹ etiam non bene vti possumus. Nemo autem bene vtendo male vtitur. Non solum autem magna: sed etiã media ⁊ minima bõa esse ꝓstitit bonitas dei. Ecce habes tria genera bonorum distincta.

Añqz soluit ꝓmittit de tribus generib⁹ bonorũ.

Jdẽ in li. de libe. arbi.

In quibus bonis sit liberum arbitrium.

l

Queritur autez in

quibus bonis contineatur liberũ arbitriũ De hoc Augustinus in primo libro retractationum ita ait. In medijs quidẽ bonis inuenitur liberum voluntatis arbitrium. quia ⁊ male illo vti possumus. sed tamẽ tale est vt sine illo recte viuere nequeamus. Bonus autem vsus ei⁹ iam ꝥtus est: quem magnis reperitur bonis. quibus male vti nullus potest. Et quia bona ⁊ mag̃ et media ⁊ minima ex deo sunt. sequit vt ex deo sit etiam bonus vsus liberevoluntatis qui virtus est. et in magnis numeratur bonis.

Augusti⁹.

Attende diligenter que dicta sunt ⁊ confer in vnum. Sic eñ aperietur quod supra querebatur. Dixit equidem opus virtutis esse bonum vsum illorum bonorum quib⁹ etiam non bene vti possumus. id est medio rum in quibus posuit liberum arbitrium. cuius quoqz bonum vsum dixit esse virtutem. Quod si est. non est ergo opus virtutis quod supra dixit. quia aliud est virtus aliud opus eius.

Premissas autoritates ꝓsiderari ⁊ cõferri iubet vt possit soluiqꝫ ꝙrebat.

Jsta est distinctio. xxvj. huius secundi libri. In q̄ mḡr posteq̄ egit de temptatōne per quam homo ceciderit ꝛ de libero arbitrio p quod stare potuit. Incipit agere de gr̄a p quā stare debuit. Et tria facit. Nam p̄mo ponit quandā gr̄e distinctōz Secundo subdit ipius gr̄e expressionez. Tertio subiungit ptium gr̄e mutuā compatiōz. Primū faē vsq; ibi. Itaq; bona voluntas. Scōm vsq; ibi. Hic considerandū. Tertium vsq; ad finem distinctōis. In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus quaꝝ p̄ma est hec. ℔ Iuuaē volūtas hūana ad bonum p̄ficiendum opante ꝛ cooperante gr̄a. Hanc mḡr insinuans ponit duplicem esse gr̄am qua liber arbitrium hois iuuatur ad bonū. quarū p̄ma dr operans p̄ueniens volūtatem bonā ea em̄ liberaē ꝛ preparaē voluntas hois vt sit bona. ꝛ vt bonum efficaciter velit. Alia est gr̄a cooperās que ad voluntatez bonam ꝛ p̄paratā iam sequiē adiuuando ne frustra bonum velit. sed vt bonū velit cū effectu. quā sententiam mḡr ꝓbat autoritate beati Augustini. Deinde recitat mḡr errorem cuiusdam hereticī dicētis hominem posse velle bonum opari ex libero arbitrio sine gr̄a. quem improbat autoritate apli dicentis. Non est volentis neq; currentis: sed dei miserentis. Sup quod beatus Aug⁹. ait. Non em̄ ideo deus alicuius miserē. q; voluit ꝛ currit. sed ideo quis vult ꝛ currit q; deus sui miserē. Et subdit descriptionē volūtatis quam ponit btūs Aug⁹. dicēs q; volūtas ē animi motus nullo cogente ad aliquid non admittēduz vel adipiscendum. Annectens q; eandem gr̄am quā ipe supra distinxit in operantem ꝛ cooperantem. etiā vocamus p̄cedentem ꝛ subsequentem. Sed̄a ꝓpositio est hec Gratia operans q̄ est fides cū dilectōe bonam voluntatem non tpe: sed natura ꝛ causaliter p̄cedens. ab ipa voluntate non acquirit aliquo merito. Hanc mḡr ꝓbans dicit. q; voluntas vt preferē p gr̄am p̄uenientem seu operantē mota ad bonuz tūc dignior est. i. ipa voluntas dignioꝛez dominā. i. gratiam nō p̄uenit. sed sequit ipam. q; nullū meritū voluntatis p̄cedit gr̄am. sed ipam gr̄am ordine causalitatis bñ sequit. que q̄dem gr̄a operans est fides ex dilectione. Quod ꝓbat p btūm Augustinū. Ex quibus verbis manifeste exp̄mitur q; p fidem iustificamur. Et p ꝓsequens gr̄a operās. i. fides p̄uenit voluntatē seu meritū volūtatis. Cōtra qd̄ obiecit magiste duabus autoritatib⁹. Tertia ꝓpositio ē hec Gr̄a opans ꝛ cooperās vna exp̄s essentialiē p̄m diuersos eius effectus aliter dicit. Hāc em̄ ꝓpositionē mḡr ꝓbans querit. Utrum gr̄a opans ꝛ cooperans sint diuerse gratie seu vna gratia diuersis vocabulis designata. Et rñdens dicit q; sit vna ꝛ eadem gr̄a ꝛ idē donū: tū ꝓpter diuersos effectus est diuersis noib⁹ vocata. Nam in q̄tū liberat voluntatē a malo dr operans. in q̄tum aūt adiuuat ad bonū vlteri⁹ faciēduz dicit cooperans. Et tm̄ in spēali.

De virtute quid sit, ꝛ quid sit actꝰ eius. a

DI. XX VII

Hic videndum est quid sit virtus. ꝛ q̄d sit actꝰ vel opus eius. Virtꝰ est (vt ait Augꝰ) bona qualitas mentis q̄ recte viuitur. ꝛ qua nullus male vtitur. quam deus solus in homie opaē. Idcoq; opus dei tantum est. sicut de virtute iusticie. Augꝰ. docet sup illum locum psalmi. Feci iudiciū et iusticiā. ita dicens. Justicia magna virtus animi est. quam nō facit in homie nisi deꝰ. Idcoq; cū ait ꝓpheta ex ꝓsona ecclie. Feci iusticiā. non ipaz ꝟtutē quā nō facit hō. sed opus eius intelligi voluit. Ecce apte insinuaē hic q; iusticia in homie nō est opus homis: sed dei. q̄ ꝛ de alijs ꝟtutibus itidem intelligendū est. Exemplū ꝓ nit de iusticia q; de alijs ꝟtutibus itidem intelligendū est.

De fide itidez dicit q; nō est ex homine, sed ex deo tantū. b

Nam de gratia fidei Ephesis scribens apls. similiē fidē nō ex homie: ꝑ ex deo tm̄ esse asserit inquiens. Gratia estis saluati p fidem. ꝛ hoc non ex vobis: dei em̄ donū est. Q̄d a sanctis ita exponiē. hec. s. fides non est ex vi nature nr̄e. q; donum dei pure est. Ecce ꝛ hic aperte tradiē q; fides nō est ex libertate arbitrij siue ex arbitrio voluntatis. q̄d superioꝛib⁹ consonat. vbi dictū est. gr̄am p̄uenientem vel operantem esse ꝟtutem que volūtatem homis liberat ꝛ sanat. Un̄ Augꝰ. in li. de spiritu ꝛ littera ait. Justificati sumus non p liberam voluntatē. ꝑ p gratiam christi. nō q; sine voluntate nr̄a fiat; sed voluntas nostra ostendiē infirma p legem vt sanet g̃tia voluntatez. ꝛ sana voluntas impleat legem. Augꝰ. spiritu ꝛ li.

De gratia que liberat voluntatez que si virtus ē, nō est ex libero arbitrio, et sic nō est motus mentis.

Si igiē gratia que sanat ꝛ liberat voluntatem mentis homis ꝟtus est. vel vna vel plures. cū ipa gratia non sit ex arbitrio voluntatis. sed eā potiꝰ sanet ac ꝓparet vt bona sit. consequitur vt virtus non sit ex libero arbitrio. ꝛ ita non sit motus vel affectus mentis. Cum omis motus vel affectus mentis sit ex libero arbitrio. sed bonus ex gratia est ꝛ libero arbitrio. malus vero ex libero arbitrio tantuz. Ut em̄ ait Augꝰ. in libro retractationum. Homo sponte ꝛ libero arbitrio cadere potuit. non etiam resurgere. Idem in libro de duabus animabus. Alie sī libero ad faciendū ꝛ non faciendum motu animi careant fideniq; his abstinēdi ab opere suo. ptās Augu

nulla cõcedaſ. earũ peccatũ tenere nõ poſſumus Hic apte oſtendiſ q̃ motus animi ſiue ad bonũ ſiue ad malum ex libero arbitrio eſt. Jdeoq̃ ſi gratia vel virtus motus mentis eſt. ex libero arbitrio eſt. Si ꝟo ex libero arbitrio vel ex pte eſt. iã nõ ſolꝰ deꝰ ſine homine eam facit. Propterea q̃dã nõ inerudite tradunt ꝟtutem eẽ bonã mentis qualitatẽ. ſiue formã que animaz informat. ꝛ ipa nõ eſt motus vel effectꝰ animi. ſ. ea liberũ arbitriũ iuuaſ. vt ad bonũ moueatur ꝛ erigaſ. ꝛ ita ex virtute ꝛ libero arbitrio naſciſ bonus motus vel affectus animi. ꝛ exinde bonũ opus ꝓcedit exteriꝰ Sicut plunia rigaſ terra ꝛ germinet ꝛ fructũ faciat. nec pluuia eſt terra. nec germen. nec fructus. nec terra germen vel fructus. nec germen fructus. Jta gratis ꝛe mentis noſtre. id eſt. libero arbitrio volũtatis infũditur pluuia diuine bñdictiõis. id ẽ. inſpiratur gr̃a qõ ſolus deus facit. non homo cuz eo. qua rigaſ volũtas hominis vt germiet ꝛ fructificet. id ẽ. ſanaſ ꝛ p̃paraſ vt bonuz velit. ſm quod diciſ opans. ꝛ iuuaſ vt bonum faciat. ſm qõ diciſ cooperans. et illa gratia virtus nõ incõgrue nominaſ. qꝛ voluntatem hois infirmam ſanat ꝛ adiuuat.

Vic aplt ad q̃d p̃dicta tendãt vt innoteſceret an ꝟtꝰ ſit motꝰ mẽtis vel non.

Per ſiſe oſtẽdit. ꝛ ẽ cõparatio iter tria et tria.

Ex quo ſenſu dicunſ ex gratia incipere bona merita. ꝛ de qua gratia hoc intelligatur. d

Luz ergo ex gratia dicunſ eſſe bona merita ꝛ incipe. aut intelligiſ gratia gratis dans. id ẽ. deus. vel potius gratia gratis data. que voluntatẽ hominis p̃uenit. Nõ em̃ eſt magnum ſi hec a deo dicerenſ eſſe a quo ſunt oñia. ſed potius eius gratia gratis data intelligitur ex q̃ incipiunt bona merita. que cuz ex ſola gratia eſſe dicanſ. nõ excludiſ liberũ arbitriũ quia nullum meritũ eſt in homine qõ non ſit p liberum arbitriũ. Sed in bonis merẽdis cauſe p̃incipalitas gratie attribuitur quia p̃incipalis cauſa bonoꝝ meritoꝝ eſt ipſa gratia. qua excitaſ liberum arbitrium ꝛ ſanatur atq̃ iuuatur voluntas hominis vt ſit bona.

Qualiſ ſtelligẽduz ex ſola gr̃a eſſe dicaſ.

Q̃ bona voluntas gratie p̃incipaliter ẽ. ꝛ etiaz gratia eſt. ſic ꝛ omne bonum meritũ. e

Que ipſa etiam donum dei eſt ꝛ hominis meritũ. imo gratie. quia ex gratia p̃incipaliter eſt ꝛ gratia eſt Unde Auguſtinus ad Sixtum p̃sbyterũ Auguſti. Quid eſt meritum hominis ante gratiam. cum omne bonum noſtrum meritum nõ in nobis facit niſi gratia. Ex gratia em̃ vt dictum eſt que p̃reuenit ꝛ ſanat arbitriũ hominis. ꝛ ipo arbitrio p̃rocreaſ in anima hominis affectus ſiue bonus motꝰ mentis ꝛ hoc eſt p̃imum bonuz hominis meritũ Sicut verbi gratia ex fidei virtute ꝛ hominis arbitrio generaſ in mẽte motus q̃dam bonus ꝛ remunerabilis ſcz ipſuz credere. Jta ex charitate ꝛ libero arbitrio aliꝰ quidam motus bonus p̃uenit ſcz diligere. bonus valde. Sic de ceteris virtutibus intelligendũ eſt. ꝛ iſti boni motꝰ vel affectus merita ſunt ꝛ dona dei quibus merem̃ur. ꝛ ipſorum augmentationez ꝛ alia q̃ ꝓſequẽter hic ꝛ in futuro nobis apponunſ.

Qualiſ bonũ meritũ i hoĩe cõſtituiſ ꝛ q̃d ſit p̃mũ bonũ meritum.

Ex qua rõne diciſ fides mereri iuſtificationem ꝛ alia. f

Luz ergo dicitur fides mereri iuſtificationẽ ꝛ vitã eternam ex ea rõne dictum accipiſ. quia p actum fidei mereſ illa. Similiter ꝺ charitate ꝛ iuſticia ꝛ de a' ijs accipiſ. Si em̃ fides ipa virꝰ p̃ueniens diceres eſſe mẽtis actus qui ẽ meritũ: iam ipſa ex libero arbitrio originẽ haberet. quod quia non ẽ. ſic diciſ eẽ meritũ quia actus ẽ eiꝰ meritũ. ſi tñ aſſit charitas ſine qua nec credere nec ſperare meritum ẽ vite. Unde apparet vere quia charitas eſt ſpũſſanctꝰ. que anime qualitates informat et ſanctificat. vt eis anima informeſ et ſanctificeſ. Sine q̃ anime qualitas nõ dicitur ꝟtus. qꝛ non valet ſanare animã.

De muneribus virtutum ꝛ ꝺ gratia q̃ nõ eſt ſed facit meritũ. g

Ex muneribus itaq̃ virtutum boni ſumus ꝛ iuſte viuimus. ꝛ ex gratia que non eſt meritũ ſed facit: nõ tamẽ ſine libero arbitrio p̃ueniunt merita noſtra. ſ. boni affectus eoꝝũq̃ p̃greſſus atq̃ bona opa que deus remunerat in nobis ꝛ hec ipa ſunt dei dona. Unde Auguſtinꝰ ad Sixtum p̃sbyterum. Cũ coꝛonat deus merita noſtra nihil aliud coꝛonat q̃ munera

Exponit quõ ſtelligẽduz ſit illõ bonꝰ vſus liberi arbitrij ꝟtus eſt.

ra sua. Unde vita eterna que in fine a deo meritis p̃cedentibus reddit. quia et eadez merita quibus reddit nõ a nobis sunt. sed in nobis facta sunt per gratiam. recte et ipa vita gratia nuncupat. quia gratis datur. Nec ideo gratis. quia non meritis dat. sed quia data sũt p gratiam et ipa merita et quibus datur.

Epilogus vt alia addat. b

Ex premissis iaz in

notescere nobis aliquaten⁹ potest. qualiter gratia p̃ueniens meret augeri. et alia. et q̃d ipsa sit. an ℞tus an aliud. et si virtus. an sit actus vel non. Ostensum enim est supa ex pte quozũdaz q ipsa est ℞tus. quia virtus nõ est actus. sed eius causa. nõ tamẽ sine libero arbitrio. Unde quod supa Aug⁹ dixit bonum vsum liberi arbitrij esse ℞tutem ita accipi potest. id est. actum ℞tutis. Alio q̃n sibi contradicere videret. qui etiaz op⁹ virtutis supa dixit esse bonũ vsum eozum quibus nõ bene vti possumus. in quib⁹ posuit liberuz arbitriũ. Si vero bonus vsus liberi arbitrij opus ℞tutis est. iã ℞tus nõ est. Cum ergo bonum vsum eius virtutem esse dixit. nomine virtutis. ipsius vsum significauit.

Q idẽ vsus ẽ virtutis et liberi arbitrij. sed virtutis p̃ncipaliter i

Idez nempe vsus

Q gratia p̃ueniens que ℞tus itelligitur non est li. ar. vsus. sz ex ea bon⁹ vsus li. ar. et oĩa bona merita.

bonus ex virtute est et ex libero arbitrio. ꝑ ex virtute p̃ncipaliter Et bonus ille vsus i magnis bonis annumerãdus ẽ. Illa aũt gratia p̃ueniens que et virtus est non vsus liberi arbitrij est: ꝑ ex ea poti⁹ ẽ bon⁹ vsus liberi arbitrij. que nobis est a deo. nõ a nobis. Usus vero bon⁹ arbitrij et ex deo est et ex nobis. et ideo bonũ meritũ est. Ibi enim solus deus opat. hic deus et hõ. Hoc meritum ex illa purissima gratia p̃uenit. quod apostolus notauit dicens. Gratia dei sum id quod sum. et gratia eius in me vacua nõ fuit. Sup quem locuz Augustinus ita ait Recte gratiaz nominat. p̃mũ em̃ solã gr̃az dat deus. et nõ nisi gratiaz. cum non p̃cedunt nisi mala merita. sed post p gratiam i cipiunt merita bona. Et vt ostẽderet etiaz liberũ arbitriuu. addit. et gratia eius i me vacua nõ fuit. Et ne ipa voluntas si ne gratia dei putet aliq̃d boni posse. subdit. Non

Aug⁹ de gr̃a et lib. ar.

autem ego solus sez sine gratia. sed gr̃a dei mecum. id est. cum libero arbitrio. Plane cuz data fuerit gratia incipiunt esse nostra merita bona. p illaz tñ. quia si illa defuerit cadit homo.

Aliozũ sententia hic ostendit q̃ dicunt virtutes esse bonos vsus liberi arbitrij. i. actus mentis. k

Alij vo dicunt vir

tutes esse bonos vsus naturaliũ potẽtiarũ nõ tñ oĩes. sed tñmodo interiozes qui in mente sunt. Exteriozes vero qui p corpus gerunt nõ virtutes esse dicunt. ꝑ opa ℞tutum. Et ideo q Aug⁹ dicit opus virtutis esse bonum vsum naturalium potentiarum. ꝺ vsu exterioi accipiunt. Q vero dicẽ bonum vsum liberi arbitrij ℞tutem esse. et in magnis numerari bonis. de vsu interiori intelligunt. Et virtutes nihil aliud esse. q̃ bonos affectus vel motus mentis asserunt quos deus in hominẽ facit nõ homo quia lz illi motus sint liberi arbitrij. nõ tamen esse queunt nisi deus ipm̃ liberet et adiuuet gratia sua operante et coopante. quã dei gratuitam voluntatez accipiunt. quia de⁹ est qui et operatur in nobis velle et operari bonum.

Qualiter ꝺcta ℞ba ꝺgu. huic ꝑueniunt

Quibus autozitatib⁹ muniunt q virtutes sint mot⁹ mẽtis. l

Q autez virtutes

sint mot⁹ mẽtis: testimonijs sanctoz astruunt. Dicit autem Aug⁹ sup Johez. Quid est fides? Credere quod non vides. Credere aũt motus mentis est. Idem in lib. iij. ꝺ doctrina christiana. Charitatem aũt voco motum animi. Si ℞charitas et fides motus animi sũt. virtutes ergo motus animi sunt. Quibus et alij respondẽtes p̃missa verba Augustini ita intelligenda foze inq̃unt. Fides est credere quod nõ vides. id ẽ fides ẽ virtus qua creditur quod nõ videtur. Item. Charitas est motus animi. id ẽ gratia qua mouet animus ad diligendum Et q ꝺ et his similia accipiẽda sint. ex his conicitur que alibi Aug⁹ ait. Nam in p̃mo libzo questionũ euangelij inquit Est fides qua creduntur ea que nõ videt. que ꝑprie dicitur fides. Item in. xiij. li. ꝺ trinita. Aliud sunt ea que creduntur. aliud est fides q̃ creduntur. Ex quibus verbis sic argumẽ-

Quõ alij ꝺ respondi ꝑ dicta dei nantes.

Determinem ꝺ enem ꝑ fi ꝺ ãt ꝺ autozitat ꝺ.

tando procedunt. Aliud est credere. aliud illud quo creditˢ. ℙredictum aũt est fidem id esse quo creditˢ. Sic ergo credere nõ ẽ fides. quia credere nõ ẽ id quo creditur Addunt quoq; virtus opus dei tm̃ est. quam ip̃e solus facit in nob. Jp̃a ergo nõ ẽ vsus vel actus liberi arbitrij. sed credere est actˢ liberi arbitrij. non est itaq; virtus. ℙremissis alijsq; rõnibus ac testimonijs innituntˢ vtriq; lectoris aũt iudiciũ diligẽtis lectoris relinquo examini: ad alia ꝓperãs.

arus sniaq; idiciũ lectoris relinquit.

Jsta ẽ distinctio. xxvij. hui⁹ secũdi libri.

In qua quidem distinctione magister posteq; egit ꝺ efficacia gratie liberi arbitrij generaliter. agit de efficacia virtutis specialiter. Et circa hoc tria facit. Nam primo tractat de virtute ostendens qualiter recte capiat. Secundo agit de gratia ostendens q; sine ipsa nemo ꝓprie mereat. Tertio repellit quãdã sententiam que nõ recte circa virtutem opinat. Primũ quidem facit a principio distinctionis vsq; ibi. Cũ ergo ex gratia. Secũ ab inde vsq; ibi. Alij vero dicũt. Tertiũ vero vsq; ad finem distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionib⁹. quarum prima est hec. Virtus que est bona mẽtis q̃litas censenda non est actus neq; motˢ animi vere dicenda. Hanc eñ ꝓpositionem magister ꝓbans dicit q; quedã sunt magna bona hominũ. cuiusmodi sunt Vtutes quibus nemo male vti potest. Quedam aũt sunt bona minima. vt bona temporalia. quedam autem media. vt potentia anime. et illis quidam minimis et mediis bonis tam bñ q; male vti possunt homines iter q̃ media ꝺm beatũ Augustinũ est liberum arbitrium. cuius vsum beatus Augˢ alicubi nomiat opus virtutis. alicubi aũt virtutẽ. et sic sibijpsi ꝓtrariˢ videt. Quã contrarietatem magister soluens adducit rõnem quandam q̃propter ipa virtutẽ nõ eẽ actum sed magis qualitatem ꝓbat. sic arguens. Causa virtutis in nobis deus est. et nosipsi sumˢ cuiuslibet actˢ nostri. et ꝓ consequens vsus liberi arbitrij q̃ ẽ actus noster nõ est virtus. et gratia cum sit virtus vel virtutis similis. etiam non est actus noster. Jstiˢ argumẽti magister minorem supponit. maiorem aũt multipliciter probat. s. q causa virtutis in nobis sit deus. et q virtus sit bona qualitas mẽtis qua nullˢ male vtitur. primo in cõmuni ꝓ virtutis diffinitionẽ quaz beatus Augˢ ponit dicens q deus in nobis sine nobis opatur virtutem. que est bona mentis qualitas qua recte viuitur et qua nullus male vtit. Secundo probat eam in speciali de virtute iusticie. de qua beatus Augustinus ait. q nullus eam in homine efficit nisi deus. Tertio probat eam specialiter de fide quã ꝺm apostolum solus deus infundit. Et subdit q omnis motus et effectus mentis ex libero arbitrio est. sz bonus quidem est ex gratia et libero arbitrio simul. motus autem et effectus malus ex libero arbitrio. quod probat autoritate beati Augustini. Ex qua vna cuz predictis infert. q virtus non est motus vel affectus animi. sed qualitas animaz informans. quod ꝺ gratia que etiam virtus dici potest asserit fore cẽsenduz

Secunda propositio est hec Quãuis absq; libero arbitrio mereri non possumus. gratia tamen principale merendi erit principiũ. Hanc mgr ponẽs sentẽtialiter dicit q q̃us nullus meritum sit in homie qꝺ non fit per liberum arbitrium. principalis tamẽ causa merendi est ipa gratia gratum faciens sed nõ gratis data que est donum dei. qua saluatur et iuuat hominis voluntas. vt sit bona et ꝓducat bonas ꝺoperationes. et sic ex gratia et libero arbitrio quod est anime potentia procedit primus bonus motus mentis cui correspondet primum meritum hominis. Unde subdit q gra est qua virtutes mereri dicũtur inq̃tuz p actus ista meretur. Et infert q ex actib⁹ virtutum boni sumus et iuste viuimus. Et q beatus Augustinus i principio huiu⁹ distinctionis dicit vsũ liberi arbitrij virtutem esse. ibi sumpsit virtutez pro actu virtutis. quia alias sibijpsi contradiceret. Tertia ꝓpositio est hec. Fides et charitas non sunt motus seu affectus mentis. sed virtutes mentem mouentes. Hanc magister probans recitat quandã opinionem quorundam introductam ex verbis Augustini. quibus vt supra dictum est in prima propositione videt dicere Augus: q vsus liberi arbitrij sit ẋtus et vsus virtutis. et dicit quosdam opinatos fuisse q virtutes essent ꝓprie actus potentiarũ naturalium. nõ tamẽ omnes sed tm̃odo interiores in mẽte. quas licz deus faceret. nihilomin⁹ liberi arbitrij dicerentur esse Sed actus exteriores puta qui per corpus gerũtur dixerunt esse ꝓprie actus virtutum et non virtutes. vnde dixerunt q dictum beati Augustini quo dixit vsum liberi arbitrij esse virtutem. intelligi deberet de motu siue de actu interiori. quem ipsi virtutem dicebant. Quod confirmabant per hoc q idẽ beatˢ Augustinus dicit sup Johannem q fides est credere qꝺ nõ vides. Cum ergo credere sit motus mentis interior videtur q virtus fidei sit interior mentis motus. Et similiter dicebant de alijs virtutibus fore iudicãdum. Sed magister illam opinionem remouens dicẽ beati Augustini autoritates innuẽtes q fides et charitas sint motus anime seu mentis non esse sic intelligendas vt sonant. sed cum dicit q fides sit credere quod non vides hoc est ac si diceret. Fides ẽ virtus mouens ad credendum quod non vides. et sic de singulis virtutibus conformiter est. Et tantum in speciali.

ℙredicta repetit vt alia addat diffinitam assignationẽ ponẽs ō gratia et libero arbitrio contra pelagianos.

a

DI. XXVIII.

Jo vero incõcusse et incuntãter teneamus liberum arbitriuz sine gratia preueniente et adiuuante nõ sufficere ad salutem et iusticiam obtinendã nec meritis p̃cedentibus gratiaz dei aduocari. sicut pelagiana heresis tradit. Nam vt ait Augustinus in primo libro retractationum. Noui heretici ℙelagiani liberuz sic asserunt voluntatis arbitriuz. vt gratie dei non relinquant locum. quã ꝺm merita nostra dari asserunt. ℙelagianoruz heresis omniuz recentissima a pelagio monacho est exorta. Ihi dei gratie qua predestinati sumus. et qua meruimus de potestate tenebrarum erui. in tantũ inimici sunt. vt sine hac credant homiez posse facere omnia diuina mandata. Deniq; pelagius a fratri

Aug. in li. de heresibus.

Que sit heresis pelagianorũ de gra et libero arbitrio

bus increpat' q̄ nihil tribueret adiutorio gratie dei. ad eius mandata facienda. non eam libero arbitrio p̄ponebat. sed infideli calliditate ſuponebat dicēs. ad hoc ea⁊ dari hominibus. vt que facere per liberu⁊ arbitrium iubentur. facilius poſſint implere p̄ gratiā. Dicēdo vtiq̄ facilius poſſint voluit credi. ⁊ ſi difficilius: tñ poſſe homines ſine gratia facere iuſſa diuina. Illā vo gratiam dei ſine qua nihil boni poſſumus facere. nō eſſe dicunt niſi in libero arbitrio quod nullis ſuis p̄cedentibus meritis ab illo accepit noſtra natura. ipſo ad hoc tñ iuuante nos p̄ ſuam legem atq̄ doctrina⁊ vt diſcam' que facere ⁊ que ſperare debeamus. Non aūt ad hoc p̄ donum ſp̄ūſancti. vt que didicerimus eſſe facienda faciamus. Ac p̄ hoc diuinitus nobis dari ſciētiam confitentur. qua ignorantia pellitur. charitate⁊ aūt negant diuinitus dari qua pie viuit. vt ſc⁊ ſit donū dei ſcientia que ſine charitate inflat. ⁊ nō ſit donum dei ipa charitas. que vt ſciētie non inflet. edificat. Deſtruunt etiam orationes quas facit eccleſia ſiue p̄ro infidelib' ⁊ doctrine dei reſiſtentibus vt p̄uertant ad deu⁊. ſiue p̄ fidelibus vt augeat eis fides et p̄ſeuerēt in ea. Hec quippe nō ab ipo accipe. ſed a ſeipſis hoies habere p̄tendūt. gr̄am dei qua liberamur ab impietate dicētes ſm̄ merita nr̄a dari. Parvulos etiam ſine vllo peccati originalis vinculo aſſerunt naſci.

hic ponit ea quibus ſuū p̄firmāt errorē verbis augu. contra ipſu⁊ vtentes. b

Qui vero dicūt ſine gratia hominē⁊ p̄ liberū arbitriū oia iuſſa implere hmōi inductionibus muniūt. Si inquiūt nō p̄ōt ea facere hō que iubet. nō eſt ei imputandū ad mortem. Sicut tuipe Auguſti. in lib. de libero arbitrio aſſeris. Quis inquis peccat in eo quod nullo modo caueri poteſt? Peccat aūt. Caueri ergo poteſt hoc teſtimonio Auguſtini Pelagius vſus ē diſputans aduerſus eū. imo aduerſus gratiam. ſicut Aug' in lib. retractationū illud ⁊ alia hmōi retractās cōmemorat inquiens. In his atq̄ hmōi verbis meis. q⁊ gr̄a dei cōmemorata nō eſt. d quā tunc nō agebat. putāt pelagiani ſua⁊ nos tenuiſſe ſententiā. ⁊ fruſtra hoc putāt. Voluntas quipe eſt qua peccat ⁊ recte viuit

Teſtimoniu⁊ augu. inducit pelagi⁹ p̄ ſe.

Retractatio Auguſtini.

q̄d his verbis egimus. ſed ipa niſi dei gratia liberet ⁊ vitia ſupet ⁊ adiuuet. recte a mortalibus viui non p̄ōt Ecce apte determinat ex q̄ ſenſu illa dixerit inimicos gratie rebellens.

Aliud teſtimoniū auguſtini ponit quo pelagi⁹ p̄ ſe vtebat. c

Similiter ⁊ innitebatur pelagius vbis auguſtini p̄tra gratiam. que in libro de duab' animabus dicit Peccati inquit reum tenere quēq̄. q⁊ non fecit q̄d facere nō potuit. ſumme iniquitatis ⁊ inſanie eſt. His auditis exiliit pelagius dicens. Cur ergo puuli et illi q̄ nō hñt gratia⁊ ſine qua nō poſſunt facē mandata diuina rei tenet? Hoc aūt qua occaſiōe dixerit. in lib. retractionum pelagio rñdens apit. Id em̄ cōtra manicheos dixit. qui in hoie duas naturas eſſe contendunt. vna⁊ bonam ex deo. altera malā ex gēte tenebrarum. que nunq̄ bona fuit. nec bonu⁊ velle poteſt. q̄d ſi eēt. nō videret ei imputandū eſſe ſi nō bonū faceret.

Queſtio data gij.

Determinatio Auguſti.

Aliud q̄d videt contradicere gratie dei addit. d

Alibi etiam Aug' dicit q̄ huic gratie cōtradicere videt qua iuſtificamur Ait in libro contra adamantium manichei diſcipulū. Niſi quiſq̄ voluntatem ſuam mutauerit. bonum opari non poteſt. quod noſtra poteſtate eſſe poſitu⁊ dñs docet vbi ait. Aut facit arborem bonam aut fructus ei' bonos ⁊c. Q̄d Aug' in retractationibus nō eſſe contra gratiam dei quam p̄dicamus oſtēdit. In poteſtate quippe hominis eſt mutare in melius voluntatē. ſed ea poteſtas nulla eſt niſi a deo detur. de quo dictum eſt. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Cum em̄ hoc ſit in poteſtate quod cum volumus facimus. nihil tam in poteſtate q̄ ipa voluntas eſt. ſed p̄paratur a dño volūtas. eo ergo modo dat poteſtatem.

Determinatio Augu. in tractatoribus.

Aliud teſtimoniū eiuſdē q̄d videtur aduerſum. e

Sic etiā intelligen

dum ē quod in eodē ait. s. in nostra potesta te esse vt vel inseri bonitate dei. vel excidi eius seueritate mereamur. Quia i potesta te nostra nō est nisi quod nostrā sequit voluntatem. que cum ꝓparat a dño. facile fit opus pietatis etiaz illud qđ impossibile z difficile fuit.

aug⁹ in li. 8 lab⁹ alab⁹.

Aliud testimoniū f

In expositiõe quo

qz quarūdam ꝓpositionū epla ad Roma. quedā Aug⁹. iterserit. que videnť huic doctrine gratie aduersari. Ait em̄. Quod credimus nostrū est. qđ aūt bonum opamur illius ē qui credentib⁹ dat spiritūsanctuz. z paulo post. Nostrū ē credere z velle. Illius aūt dare credentibus z volētib⁹ facultatem bñ opandi ꝑ spm̄sanctū. Que qualiter intelligi debeant Aug⁹. in li. retractationum apit dicens. Verum est quidez a deo esse quod opamur bonū. sed eadem regula vtriusqz est. z volendi. s. z faciendi. z vtrūqz ipsius est. quia ipse ꝓparat voluntatem z vtrūqz nostrū ē. quia nō fit nisi volētib⁹ nobis Illa itaqz pfecto nō dixissem. si iam scirem etiā ipsam fidem inter spūssancti munera reperiri.

aug⁹ in li. retracta. q̄liter accipi debeant.

Adhuc addit aliud qđ videť contrarium. g

Illud etiam diligẽ

ter est inspiciendū qđ Aug⁹ in lib. sentētiarū ꝓsperi ait. s. quia posse habere fidem. sicut posse habere charitatē. natura ē hoim. habere aūt fidem sicut habere charitatem gr̄a est fideliū. Quod nō ita dictum est tanqz ex libero arbitrio valeat haberi fides vł charitas. sed qz aptitudinem naturalē habet mens hominis ad credendū vel diligẽdum que dei gratia ꝓuenta credit z diligit quod sine gr̄a non valet.

Determinatio

Testimonio Hieronymi astruit quid tenendum de gratia z libero arbitrio. vbi triplex hereſis idicatur scilicet Iouiniani. Manichei Pelagij. h

Id ergo de gratia

z libero arbitrio indubitanť teneamus qđ Hieronym⁹ i explanatione fidei catholice ad Damasum papā. iouiniani z manichei ac pelagij errores collidēs docet. Liberuz inqt sic ꝓfitemur arbitriuz. vt dicam⁹ nos semp indigere dei auxilio. Et tam illos errare q̄ cū manicheo dicūt hoiez pctm̄ vitare non posse. qz illos q̄ cū iouiniano asserūt hoiez nō posse peccare. Uterqz tollit arbitrij libertatem. Nos vo dicim⁹ hoiez semper z peccare z nō posse peccare. vt sp nos liberi ꝓfiteamur esse arbitrij. Hec est fides quā i catholica ecclesia didicimus. z quā semp tenuimus.

Ista ē distinctio. xxviij. huiꝰ secūli libri. In qua magister ostensa efficienti gratia in libero arbitrio. Hic agit de sufficienti liberi arbitrij sine gratia. Et tria facit. Nam ꝓmo exprimit pelagianorum errorem. Secundo subdit eorum obiectiones z obiectionū solutiones. Tertio subiungit veritatis affirmattonem. Primum facit vsqz ibi. Q autem dicunt. Secundum vsqz ibi. Illud etiaz diligenť Tertium vero vsqz ad finem distinctionis Et tm̄ in generali. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus. quarum prima est hec. Et si liberuz arbitrium in merito habeat magnam virtutem. tm̄ sine gratia non sufficit homini ad salutez. Hanc magister insinuans dicit qz liberum arbitrium non sufficit homini sine gratia ad salutem. Quis pelagiana hereſis oppositum videat sentire. Nam pelagian⁹ uonachus a quo talis hereſis denominatur. intantuz de libero arbitrio ꝓesumebat q̄ asserebat gratiam dei dari ꝑm eius merita. z etiam hominem posse implere mandata sine gratia. Unde increpatus a commonachis suis dicentibus. ad quid gratia tunc necessaria esset. si sine gratia possemus adimplere mādata. Qui respondit ad hoc vt homo facilius cum gratia mandata dei adimpleri posset. Addidit etiam alia l conuenientia que dicebat ex hoc sequentia. s. orationes quas faciunt etiam nihil conferre his pro quib⁹ fiunt saltem infidelibus z peccatoribus. quia ex sua ꝓpria voluntate conuertuntur ad deum. z nō ex nostris orationib⁹. z q̄ gratia datur ꝑm merita nostra z q̄ puuli sine originali peccato nascunť. quod totuz est hereticum. Secunda ꝓpositio est hec licet viatoribus liberum arbitrium sit innatū. tm̄ sine gratia nullus potest dei adimplere p̄ceptum nec vitare peccatum. Hanc magister insinuans ponit q̄nqz rōnes quibus heretici illi. s. pelagiani suam hereſim confirmabant. Quarum prima est talis. Homo per solum liberum arbitrium sine gratia potest vitare peccatū z facere bonum. ergo pōt ꝑ solū liberū arbitriuz meri. tenet consequētia ex hoc. q̄ non imputať homini culpa quod vitare non potest. Assumptum ꝓbāt heretici autoritate beati Augustini. qua dicūt q̄ voluntas est qua peccať z qua recte viuitur Et respondens magister dicit beatum Augustinum illam autoritatem in libro retractationum glosasse. et dicit eam cum additione fore intelligendam. scilz q̄ volūtas qua peccatur z recte viuitur. non potest i bonuz dirigi. nisi ꝑ gratiā dei a pctō mādata iuueť. Secunda est Si mādata dei sine gratia dei seruari non possunt. tunc aliqui non seruātes ea non peccant. vt patet de puulis natis in peccato originali. sed ꝓsequēs est falsum. z consequētia patet autoritate beati Augustini dicentis q̄ nullus debet reputari reus. lō qz non fecit quod facere non potuit. Et respondēs magister dicit beatum Augustinuz hoc vbum scripsisse contra manicheos qui posuerunt i homine duas

esse naturas. vnam bonam. aliam malam. bonam a deo. malam vero a diabolo. quod si ita esset tunc ſm illam malam naturam homo non posset facere bona nec vnq̃ posset bonum velle. ⁊ tunc hmõi nõ esset sibi imputandum q̃ non faceret bonum nec etiam q̃ esset malus. Tertia ratio ẽ hõ resurgere potest a peccato sine gratia. igit̃ potest facere bonum sine gratia tenet consequentia. sed assumptum patet autoritate beati Augustini. qua dixit mutare voluntatem est i potestate nostra Et respõdens magister dicit beatũ Augustinũ intellexisse q̃ quis mutare voluntatẽ sit in potestate nostra. hoc tñ est a deo p gratiã. Quarta ratio est. homo potest credere in deũ absq̃ gratia igit̃ ⁊c. consequentia tenet. Antecedens patz p beatum Augustinũ dicentem q̃ credere ⁊ velle ẽ nostrũ Et rñdet magister dicẽdo q̃ credere ⁊ velle dei ẽ ꝑncipaliter. nostrũ aũt ex consequenti. Quinta ratio ẽ habere fidem ẽ naturale homini. igit̃ homo sine gratia potest credere in deũ ⁊ habere fidem. ⁊ per cõsequens bene facere. Et rñdet magister dicẽs q̃ habere fidem ẽ naturale homini. p hoc non plus intendebat nisi q̃ homo esset ſm sua naturalia aptus ad credendum ⁊ diligendum. ⁊ nihilominus credere ⁊ intelligere sine gratia esse non possunt. Tertia ꝓpositio est hec. Ex predictis cõstat omnes hereticos illos errare qui dicunt nos ad bonum dei auxilio non indigere. Hanc enĩ ꝓpositionem magister ponẽs dicit sententialiter illos hereticos errare q̃ ponunt hominem ꝓpter malam naturam non posse vitare peccatum. cuiusmodi fuerunt manichei. ⁊ etiam alios q̃ ponunt homines non posse peccare ꝓpter naturam bonam. sicut iouiniani. quia ambe ille opiniones tollunt arbitrij libertatem. ſm quam vt tenet sententia catholica. homo semper potest peccare ⁊ non peccare. Et tñ in speciali.

Vtrũ hõ ante peccatũ eguerit gratia opante ⁊ coopante a

DI. XXIX. POst hec considerandum est vtrum homo ante peccatum eguerit gratia opante et coopante. Ad qõ breuiter dicimus. q̃ non coopante tñ: sed etiam opante gratia indigebat. non q̃dem ſm omnẽ opandi moduz opantis gratie. Opatur enĩ liberando ⁊ ꝓparando voluntatem hominis ab bonũ. Egebat itaq̃ homo ea. nõ vt liberaret voluntatẽ suam que peccati ꝓua nõ fuerat. sed vt prepararet ad volendum efficaciter bonuz quod p se non poterat Non enĩ poterat bonũ mereri sine gratia. vt Aug⁹ in ench. euidenter tradit. Illam inquit imortalitatem i qua poterat non mori natura hũana. pdidit p liberũ arbitrium. Hanc vero in qua nõ poterat mori acceptura est p gratiã. quã fuerat si non peccasset acceptura p merituz. Quis sine gratia. nec tunc vllum meritũ eẽ potuisset. quia ⁊ si ipsuz peccatũ in solo erat arbitrio ꝓstitutuz. nõ tñ iusticie habẽde vel retinẽde sufficiebat liberũ arbitrium nisi diuinũ

Q̃ operante ⁊ cooperante eguerit. sed opãte nõ eguerit ſm omnẽ modũ quo ipsa opat.

Aug⁹ i ench.

ꝓberetur adiutorium. Ecce his verbis satis ostenditur q̃ ante peccatuz homo indigebat gratia operante ⁊ cooperante. Non enim habebat quo pedem mouere posset sine gratia opantis ⁊ coopantis auxilio. habuit tñ quo poterat stare.

Q̃ homo ante lapsum virtutes habuerit. b

Preterea queri solet vtrum homo ante lapsum virtutem habuerit? Quibusdam videtur q̃ nõ habuerit. id ita probare conantibus. Justiciã inquiunt non habuit. quia preceptum dei cõtempsit. nec prudentiam. quia sibi non puidit. neq̃ temperantiaz. quia aliena apetijt. nec fortitudinem. quia praue suggestioni cessit. Quibus respondentes dicimus eum quidem non tunc habuisse has virtutes q̃s peccauit. ſ. ante. ⁊ tũc amisisse. Q̃ multis sanctorũ testimonijs cõprobat. Ait enĩ Aug⁹ in quadam omelia. Adam perdita charitate mal⁹ inuẽt⁹ ẽ. Itẽ. Princeps vitiorum dũ vicit Adam de limo terre ad imaginem dei factũ pudicitia armatũ. temperantia compositũ. charitate splendiduz primos parẽtes illis donis ac tãtis bonis expoliauit. pariterq̃ demit. De hoc eodẽ Amb. ad Sabinũ ait. Q̃n adam solus erat nõ est ꝑuaricatus. quia cius mens deo adherebat Sup ps. quoq̃ dicit. Q̃ homo ante ꝑtiñ beatissimus aurã carpebat etheream. Sz quõ sine virtute beatissimus erat? Augustin⁹ quoq̃ sup Gen. dicit Adaz ante peccatum spiritali mẽte ꝓditũ fuisse. Nõ est ergo dubitandũ hominem ante ꝑtiñ ꝟtutib⁹ fulsisse. ſ. illis p peccatũ expoliatum fuisse.

Testimo sanctorũ mat hoie muz hab ꝟtutes.

Ambro

Aug⁹. sup Gen.

De eiectiõe hois de paradiso. c

In illi⁹ quoq̃ peccati penã eiect⁹ ẽ ō paradiso in istũ miseriarũ locũ. sicut in Gen. legit. Nũc ergo ne forte mittat manũ suã ⁊ sumat de ligno vite ⁊ comedat ⁊ viuat ineternũ. emisit eũ de⁹ ō paradiso voluptatis. His ꝟbis insinuari videt q̃ nunq̃ moreret. si postea ō illo ligno sumpsisset.

Quõ intelligendum sit illud ne sumat de ligno vite ⁊ comedat et viuat ineternum. d

Sed quia per pec=
catū iam mortuū corpus habebat. illa ꝙba
ex tali intellectu accipi possunt. Dē modo
frati loquens. de homine superbo ait. Vide
tene forte mittat manū suū ⁊c. id ē. cauete
vos angeli ne comedat de ligno vite q̄ indi
gnus est. ō quo si pstitisset comederet ⁊ vi
ueret ineternum. Sed modo ꝓpter inobe=
diētiā indignus est comedere. Et sicut ver
bo dixit ita ope exhibuit. Emisit eī eū de
us ō paradiso voluptatis in locū sibi con=
gruum. sicut plerūq; malus cum inter bo=
nos viuere ceperit. si in melius mutari no=
luerit. de bonoꝝ congregatione pellitur
pondere praue ꝯsuetudinis pressus.

De flammeo gladio ante paradi=
sum posito. e

Ne ad illō pos=
set accedere. collocauit dē ante paradisum
cherubin ⁊ flammeū gladiū atq; ꝙsatilem
ad custodiendā viam ligni vite. Quod iu
xta lr̄am potest hoc modo accipi Quia per
ministeriū angelorū ignea custodia ibi cō=
stituta fuit. Hoc eī p celestes potestates i
paradiso visibili factum esse credendum ē
vt p angelicū ministeriū ibi eēt q̄dam ignea
custodia. nō tū frustra. ꝛ quia aliq̄d signifi
cat de paradiso spūali. Cherubin eī inter
pretatur plenitudo scientie. hec ē charitas
q; plenitudo legis est dilectio. Gladi⁹ aūt
flāmeꝰ pene tempales sunt. que versatiles
sunt. q; tempora volubilia sunt. Illa ergo
ad custodiā ligni vite ideo posita sunt ante
paradisuꝫ. quia ad vitā nō redit nisi p che
rubin. s. plenitudinē scientie. i. charitatem
⁊ p gladiū versatilem. i. tollerantiā passio
num tempalium.

An hō ante peccatū comederit de
ligno vite. f

Potest autem que
ri. vtꝝ ō ligno vite añ pctm̄ comederit hō
Beꝺ Aug⁹ in li. de baptis. par. sic ait. Re
cte ꝓfecto intelligit̄ p̄mi homies añ mali
gnā diaboli psuasionem abstinuisse a cibo
vetito. atq; vsi fuisse ꝓcessis his ꝙbis oste
dit q; ō ligno vite añ pctm̄ sūpserint. q̄bus
p̄ceptum erat vt de oīni ligno paradisi co=
mederēt. nisi de ligno scie boni ⁊ mali.

Quare non sunt facti imortales si
comederūt de ligno vite. g

Quare ergo perpe
tua soliditate ⁊ beata imortalitate vestiti
nō sunt. vt nulla infirmitate vel etate in de=
terius mutarent? Hanc eī virtutem natu
raliter illud lignū habuisse dicit. Sz forte
hoc nō cōferebat. nisi sepe de illo sumeret.
Potuit ergo fieri vt de illo sumeret semel ⁊
nō sepi⁹. qui p aliquā morā in paradiso fu
isse intelligit. cum scriptura dicat eū ibi so
poratum fuisse. q̄m costa de latere eius assū
pta est. ⁊ inde formata mulier. et alia alia an
te eū ducta. q̄bus noīa imposuit.

Ista ē distinctio. xxix. hui⁹ secun
di libri. In qua magister ostēsa sufficiētia liberi arbi
trij sine gratia in oīnibus generaliter. Agit de eius=
dem insufficientia in primis parentib⁹ specialiter Et
tria facit. Nam primo agit de gratia quam adam in
statu innocentie habuit Secundo de pena peccati p
quam paradisum amisit. Tertio inquirit an etiaꝫ ō
ligno vite in statu illo comedit. Primum facit a prin=
cipio distinctionis vsq; ibi. In illi⁹ quoq; peccati Se
cundum vsq; ibi. Potest autem queri Tertium vsq;
ad finem distinctionis In speciali enim sententia ma
gistri stat in tribus propositionibus. quarum prima
est hec. Primus homo in statu innocentie nō indi
guit gratia ad expellendum maliciam sed ⁊ gratia ⁊
charitate indiguit ad exercendum iusticiaꝫ. Hāc enī
ꝓpositionem magister ponens querit duas questio
nes quarum prima est hec. Utrum primus homo in
diguit gratia in statu innocentie tam operante q̄ coo=
perante. Et respondet q; indiguit vtraq; gratia non
tamen indiguit gratia operante sm̄ omnem operādi
eius modum. Nam illa gratia operat duobus modis
scz liberando liberum arbitrium a malo. ⁊ seruitute
peccati. ⁊ sm̄ illum modum videlicet operādi gr̄a ope
rante primus homo in statu innocentie non indiguit
eo q; sine peccato erat. Alio modo operat illa gr̄a pre
parando hominis voluntatem ad bonum ⁊ sm̄ illaꝫ
eius operationem primus homo ipsa indiguit. cū eius
voluntas per se in bonum efficaciter moueri non po
tuit. quod probat magister autoritate beati Augu=
stini. Secunda questio est hec. Utrum primus ho
mo in statu innocentie habuit etiam virtutes. Et re
spondet q; aliq̄b⁹ videtur q; non habuerit eas. quod
hoc modo ꝓbant. iusticiam non habuit. q; ꝓceptum
dei contempsit. prudentiaꝫ non habuit. quia sibi nō
prouidebat. nec temperantiam habuit. quia aliena
petijt. nec fortitudinem quia prane suggestiōi nō re=
stitit. Sz mgr̄ hmōi psuasioni respondens dicit q; Ia
adam q̄n actualiter peccauit tunc illas virtutes non
habuit. nihilominus tm̄ habuit eas ante pctm̄ q̄ di=
uersis sanctorum autoritatib⁹ confirmat. Ex cuius
q̄stionis solutione patet q; constat primuꝫ hominem
in statu innocētie virtutes habuisse q̄s peccando di=
citur abtecisse. Secunda ꝓpositio ē hec. Primus
parēs ꝓpter peccati indignitatē fuit de paradiso ex
pulsus ⁊ ꝓhibit⁹ de ligno vite edere ꝓpt̄ q̄ ō pote=
rat si pstitisset ineꝝ viuere. Hāc ꝓpositionē mgr̄ i=
sinuās dicit q; p̄m⁹ hō in penā sui pcti exclusus ē a lo=
co voluptatis. ⁊ ab esu ligni vite. p cui⁹ vsū ineꝝ
poterat viuere. nō q̄dē post pctm̄ ō ipso ēdēdo. sz añ.
Ubi soluit autoritatē Beñ. q̄ videt innui q; etiā post
peccatū si de ligno vite comedisset ineternuꝫ vixisset

Et dicit q̄ auctoritas dicit. videte ne forte manum suam mittat ad lignum vite. ⁊ viuat ineternū. q̄ sic gloſanda eſt. Videte vos angeli ne comedat ō ligno vite quo indignus eſt De quo ſi pſtitiſſet et comediſſet viueret ineternū. Et ſubdit q̄ ad impediēdū reditū hominis in paradiſum appoſita eſt angelica ⁊ ignea cuſtodia. ſ. cherubin ⁊ flammeus gladius atq; ſatillis ne poſt peccatum pateat hominibus illuc acceſſus. Tertia propoſitio eſt hec Licet ſit probabile adam in ſtatu innocentie comediſſe de ligno vite. tñ quia frequenter eius vſum non habuit immortalitatem non obtinuit. Hanc magiſter probans q̄rit Utr̄ ante peccatum etiam de ligno vite comederit. ⁊ ſi comederit quare non fuit factus immortalis. Et reſpōdens dicit q̄ comedit de ipſo ante peccatū eo q̄ omnia ligna preter vnum ſibi ad vſum fuerunt conceſſa ſed ex hoc non fuit effectus immortalitatis. quia nō frequēter de ipo guſtauit Cū lignum illud ꝓferre immortalitatem non poterat. niſi per frequētem eius vſum. Et tñ in ſpeciali.

Q̄ per adā peccatū ⁊ pena tranſiit in poſteros. a

DI. XXX

IN ſuperioribus inſinuatuz ē licet ex pte. nō eīm pfecte ſufficimus exponere qualiter p̄mus hō deliq̄rit. ⁊ quā p pctō penaz ſubierit: quib⁹ adūciendū ē peccatū ſimul ac penam p eum tranſiſſe in poſteros. Sic apl's oſtendit inquiens. Sicut p vnū hominez peccatū in hūc mundū intrauit. ita in oēs homines mors ptranſiit.

Utrū illud peccatū fuerit originale vel actuale. b

Hic primo videndū eſt. quod fuit illud peccatuz originale. ſ. an actuale. ⁊ ſi de originali intelligat. ꝓſequēter quid ſit originale peccatum. ⁊ q̄re dicatur originale. ⁊ quō ptranſierit vel ptrāſeat in omnes diligēter inueſtigandum eſt.

Quidaz illud accipiūt ō actuali.

// Quibuſdam placuit de peccato actuali ade illud accipere aſſerētibus hoc apoſtolum ſenſiſſe cuz inferius ait. Sicut p inobedientiam vnius hominis pctōres ꝓſtituti ſunt multi. ita ⁊c. Euidēter inq̄unt etiam ipo nomine exp̄mit apoſtolus peccatū q̄d p vnū hoiem intrauit in mūdū. ſ. inobediētiam. Inobediētia vo pctū actuale eſt.

Quō intraſſe in mūdū dicūt. c

Hoc autem dicunt intraſſe in mūdū nō traductione originis ſ ſilitudine p̄uaricatiōis. oēsq̄ in illo vno peccaſſe dicūt. quia oīb⁹ ille vn⁹ peccandi exemplū extitit. Hoc male ſenſerūt q̄daz hereticī qui dicti ſunt pelagiani. ō quibus Aug⁹ in lib. de baptiſmo puulorum cōmemorat dicens. Sciendū eſt inq̄t hereticos quoſdā qui nominati ſint pelagiani dixiſſe pctm̄ p̄me tranſgreſſionis in alios homies nō ꝓpagatione ſed imitatione trāſiſſe. Un etiam in puulis nolūt credere p baptiſmū ſolui originale peccatuz. quod i naſcentib⁹ nullum eſſe oīno contendunt. Sed eis dicitur. quia ſi apoſtolus peccatum imitationis nō ꝓpagationis itelligi voluiſſet. eius p̄ncipem nō adam ſed diabolū diceret De quo in lib. Sapien. dicit Jnuidia diaboli mors intrauit in orbem terraz. Et quia nō vult intelligi hoc eſſe factū ꝓpagatiōe ſed imitatione: ꝓtinuo ſubiūxit ſcriptura Jmitant autem eum q̄ ſunt ex pte ipius. Jmitant quidem adam quotquot p inobediētiā tranſgrediunt mandatuz dei. Sz aliud eſt quod exemplum eſt voluntate peccantibus. aliud quod origo eſt cum peccato naſcentibus. Non eſt igit accipiēdū peccatū ade tranſiſſe in oēs imitatiōis tñ exēplo ſed ꝓpagationis ⁊ originis vitio.

Hoc dicūt hereticī pelagiani.

Hic aperit illud eſſe peccatum originale q̄d trāſit in poſteros d

Et ē illud peccatuz originale. vt aperte Aug⁹ teſtat quod per adam tranſiuit i oēs p eius carnem vitiatam ⁊ cupiſcentialiter generatos.

Quid ſit originale peccatuz hic inquiritur. e

Quod diligēter inueſtigandum eſt. quid ſit: De hoc eīm ſancti doctores ſub obſcuritate locuti ſunt atq; ſcholaſtici doctores varia ſenſerunt.

Quoꝛidā originali peccato opinā

Quidaz enim putant originale peccatū eſſe reatum pene p̄o peccato p̄imi hominis id ē. debitum vel obnoxietatem quo obnoxij ⁊ addicti ſumus pene temporali ⁊ eterne p̄ primi hominis actuali peccato. quia p̄o illo vt aiunt omnibus debeb̄ pena eterna. niſi p gratiaz liberentur. Juxta horuz ſentētiam oportet dici originale peccatum nec culpam eſſe nec penam. Culpam non eſſe ipſi fatentur. pena quoq; ſm eos eſſe non poteſt. Quia ſi debitum pene originale peccatum eſt. cum debitum pene non ſit pena. nec originale peccatum eſt pena.

Quod etiã quid eorũ admittunt. dicẽtes in scriptura originale pctm̃ sepe nominari reatũ. ⁊ reatũ ibi intelligunt vt dictũ ẽ obnoxietatẽ pene. ⁊ ea rõne asserunt peccatũ originale dici esse in puulis. quia puuli p illo primo peccato rei sũt pene. sicut p peccato iniqui parẽtis aliquãdo exulant filij ſm iusticiã fori.

Q originale peccatũ ẽ culpa autoritatibus pbat. f

Bz q originale peccatum culpa sit. plurib⁹ sanctorũ testimonijs edocet. Super Exod. vbi dr. Primogenitũ asini mutabis oue. Greg⁹ ait. Omnes in peccatis nati sumus ⁊ ex carne delectatione cõcepti culpã originalem nobiscũ traximus. vñ ⁊ volũtate nostra peccati implicamur. Ecce culpaz originale dixit nos trahere. Añ constat originale pctm̃ culpã esse. Aug⁹ quoq; in lib. de natura ⁊ gratia de hoc eodem sic ait. Oñes (vt ait aplus) peccauerũt. vtiq; vel in ſcipis vel in adaz quia sine peccato nõ sunt. vtqđ originaliter cõtraxerunt. vel qđ malis moribꝰ addiderunt. Pctm̃ em̃ pmi hominis nõ solum ipsum. ſ oñe necauit genus humanuz. qz ex eo dãnationẽ simul ⁊ culpã suscepim⁹ Idẽ sup ps̃. l. Ad de corpe mortuo seminat cũ vinclo pcti originalis nascit ⁊ mortis. Jõ igit se in iniq̃tatib⁹ cõceptũ dicit dauid qz in oñib⁹ trahit iniq̃tas ex adã ⁊ vinculuz mortis Nemo em̃ nascit. nisi trahẽs penã ⁊ meritũ pene Meritũ ãt pene pctm̃ ẽ. Dis g̃ q̃ nascit p carnis concupiscẽtiã pctm̃ trahit Pctm̃ itaq; originale culpa ẽ. quã oẽs ꝯcupiscẽtialiter ꝯcepti trahunt. Añ i Eccl. dogmatib⁹ scẽptuz ẽ. Firmissime tene ⁊ nullatenus dubites oẽm hoiem q̃ p cõcubitũ viri ⁊ mulieris concipit cũ originali pctõ. nasci ipietati sbditũ mortiq; sbiectũ ⁊ ab hac aira nasci filiũ. ⁊ q̃ null⁹ liberat nisi p fidem mediatoris dei ⁊ hoim Jhũ ⁊ alijs autoritatib⁹ euidenter oñdit pctm̃ originale culpam ee. ⁊ in oib⁹ ꝯcupiscentialiter genitis trahi a parentibus.

Quid sit qđ dr pctm̃ originale scz fomes pcti. i. ꝯcupiscẽtia. g

Nunc superest videre q̃d sit ipm originale pctm̃? Ad cũ nõ sit actuale. nõ ẽ act⁹ siue mot⁹ aie vl corpis Si em̃ act⁹ est aie vel corpis. actuale vtiq; pctm̃ ẽ Sz actuale ñ ẽ. nõ ẽ g̃ act⁹ vel mot⁹ Quid g̃ originale pctm̃ dr? fomes pcti. ſ. cõcupiscẽtia vel ꝯcupiscibilitas. q̃ dr lex mẽbrorũ. siue lãguor nature. siue tyrãn⁹ q̃ ẽ in mẽbris nris. siue lex carnis. Añ Aug⁹ li. de baptismo puulorũ. Est i nob ꝯcupiscẽtia q̃ nõ ẽ pmittẽda regnare Sũt ⁊ ei⁹ desideria q̃ sunt actuales ꝯcupiscẽtie q̃ sunt arma diaboli. que veniũt ex lãguore nature. Lãguor aũt iste tyrãn⁹ ẽ q̃ mouet mala desideria. Si ergo vis eẽ victor tyrãni atq; inimicũ inuenire. nõ obedias ꝯcupiscẽtie male. Jhũs vbis oñdit fomitem peccati esse concupiscentiã. Augusti.

Quid noie ꝯcupiscentie intelligit q̃ dicit fomes peccati. h

Nomine autem cõcupiscẽtie nõ actũ ꝯcupiscẽdi. ſ vitiũ pmũ significauit. cũ eã dixit legẽ carnis Añ idẽ in tractatu de vbis apli ait. Semp pugna est in corpe mortis hui⁹. quia ipsa cõcupiscentia cũ qua nati sumus finiri non põt q̃diu viuim⁹. quotidie minui põt. finiri non põt. Que aũt est ꝯcupiscẽtia cuz qua nati sum⁹? Vitiũ vtiq; est qđ puulũ abilẽ ꝯcupiscere facit. adultũ etiã cõcupiscentẽ reddit. Sicut em̃ i oculo ceci i nocte vitiũ cecitatis est si nõ aparet. nec discernit inter videntẽ ⁊ cecũ nisi luce veniente. sic in puero vitiũ ee nõ aparet donec etatis ꝓuectionis tps occurrat. Ex his dat itelligi q̃d sit originale pctm̃. ſ. vitiũ ꝯcupiscẽtie. quod i oẽs ꝯcupiscentialit natos p adaz intrauit eosq; vitiauit. Añ Aug⁹ in li. d baptismo puulorũ. Adã pter imitatõis exemplũ. occulta etiã tabe carnalis ꝯcupiscẽtie sue. tabificauit in se oẽs de sua stirpe venturos. Añ apls re. te ait. Jn q̃ oẽs peccauerunt. Q p adã originale pctm̃ i oẽs itrauit. i. ꝯcupiscẽtia.

Circũspecte ⁊ sine ambiguitate dicit hec apls. Siue em̃ intelligat in quo homine siue in quo pctõ sanũ est Jn adã em̃ oẽs peccauerunt vt in materia. nõ solũ ei⁹ exemplo vt dicunt pelagiani. Oẽs em̃ ille vnus homo fuerãt. i. in eo materialiter erant. Manifestũ est itaq; omnes in adam peccasse. q̃ si in massa. Jpe enim per peccatum corruptus. quos genuit oẽs nati sunt sub peccato Ex eo igitur sicut cuncti constituti sunt peccatores. ita et in illo vno peccato quod intrauit in munduz recte omnes dicuntur peccasse. quia sicut ab illo vno homine. sic ab eodẽ vno pctõ immunes ee ñ pñt. nisi ab ei⁹ reatu p xpi baptismuz absoluant. Alia Augus. in li. de baptismo puulorũ quõ itelligatur in quo oẽs peccauerunt.

Aug⁹ de bap. tis. par. ergo sunt ꝓpria peccata in quibus tñ peccant quoꝝ peccata sunt. Aliud hoc vnuz in quo oñes peccauerunt. i. ex q̄ oēs peccatores instituti sunt.

Quod sit peccatuz in quo omnes peccauerunt. s. originale quod ex inobediētia ꝓcessit. i

Hoc ē originale peccatum quo peccatores nasc̄unt oñes concupiscētialiter geniti. quod ex adā siue ex eius inobedientia emanauit ⁊ in posteros demigrauit. Uñ apls cōsequēter p inobedientiam vnius hominis. multos dicit cōstitutos esse pctōres. que est actuale pctñ Cum autē dixerit p vnum hoiem pctñ intrasse i mūdū ⁊ in eo oēs peccasse: qđ ō originali dictū esse oportet accipi.

Ex quo sensu dictuz ē per inobediētiam vnius multi sunt constituti peccatores. k

Quod ergo ait per inobediētiā vnius multi cōstituti sunt peccatores. eo sensu dictū esse intelligendū est. quia ex inobediētia ade. s. ex peccato actuali ade ꝓcessit originale peccatum q̄ oñes peccatores nasc̄unt vt in illo esset. ⁊ in omnes transiret.

Q̄ peccatū originale in adā fuit ⁊ in nobis est l

Unde Aug⁹ Juliano heretico nullū pctñ in ꝓuulis esse contendenti rñdens. apte asserit pctñ originale ex voluntate ade ꝓcessisse. ac p eius inobedientiam in mundū intrasse. Querit eñ Julianus. p quid pctñ inuenit in paruulo. ita inquiens. Nō peccat iste q̄ nascitur. Nō peccat ille qui genuit Nō peccat ille q̄ condidit. ꝑ quas igit rimas inter tot p̄sidia innocētie peccatum fingis ingressuz? Et rñdet sancta pagina. ꝑ vnum hoiez pctñ intrauit in mūdū. p vni⁹ inobediētiā ait apls. Quid q̄rit ampli⁹? q̄d q̄rit apti⁹? Itē inq̄t Julian⁹. Si p hoiem pctñ intrauit in mūdū: pctñ vel ex volūtate ē vel ex natura ē. Si ex volūtate ē. mala ē volūtas q̄ pctñ facit. Si aūt ex natura ē. mala ē natura. Cui rñdeo ex volūtate pctñ ē. Querit forte. Utrū originale pctñ ex volūtate

Aug⁹ de bap. tis. par.

Questio iuliani.

Rñsio augu.

Questio Juliani.

Rñsio augu.

sit? Rñdeo prorsus ⁊ originale pctñ ex voluntate ē. q: ꝑ ex volūtate ꝑmi hois semiatum ē vt in illo eēt. ⁊ in oēs trāsiret.

Obiectio quoꝝdā cōtra id quod supra dictum est oñes in adaz fuisse homies. m

Ad hoc autez q̄ dixim⁹ in adam fuisse oēs hoies. q̄dā ꝓborū sectatores sic obꝯciūt dicētes Nō ois caro q̄ ab adā traducta ē. in eo simul existere potuit. q: multo maioris q̄titat⁹ ē q̄ fuit corpus ade. In q̄ nec tot etiā athomi fuerunt q̄t ab eo hoies descēderūt. Quocirca verū nō esse asserūt subam vniuscuiusq; i primo fuisse parente.

Responsio vbi apitur qualiter fuerunt i adā ꝑm rōnez seminalez. et quō ex deo descenderint. s. lege ꝓpagationis. n

Quibus responderi pōt. q̄ materialit atq; causalit. nō formaliter ꝺz fuisse in ꝑmo hoie: oñe qđ i humanis corpib⁹ naturaliter ē. descēditq; a ꝑmo parētc lege ꝓpagationis ⁊ in se auctum et multiplicatuz est nulla exteriori suba in id trāseūte. ⁊ ipm i futuro resurget. Fomētuz q̄dē habet a cibis ꝑ nō ꝙuertunt cibi i humanā subam. q̄ scz p ꝓpagationez descēdit ab adaz. Transmisit em adā modicum q̄d de suba sua in corpa filioruz q̄ñ eos ꝓcreauit. i. aliq̄d modicū de massa sube ei⁹ diuisum ē. ⁊ inde formatū corp⁹ filij. sui q; multiplicatiōe sine rei extrinsece adiectōe auctū ē. Et de illo ita augmētato aliq̄d ide sepat vñ formant posteroꝝ corpa. ⁊ ita ꝓgreditur ꝓcreatiōis ordo lege ꝓpagatiōis vsq; ad finē hūani gener⁹. Itaq; diligenter ac p spicue intelligētib⁹ ptz oñes ꝑm corpa in adā fuisse p seminalē rōnez. ⁊ ex eo descendisse ꝓpagatiōis lege.

Quō p pagationē sc dit.

Autoritate ⁊ rōne ꝓbat nihil extrisecū ꝙuerti hūanā substātiā o

Q̄ vero nihil extrinsecū i hūani corpis naturā trāseat. vitas i euāgelio significat dicēs. Sē qđ itrat i os i vētrē vadit ⁊ i secessū emittit. Ad etiā rōne oñdi pōt ꝺ mō. ꝑ quer q̄ stati p⁹ oꝝtū morit i illa statura resurget quā habitur⁹ erat si viueret vsq; ad etatē triginta annoꝝ nullo vitio corporis impedit⁹ Unde ergo illa

substantia que adeo parua fuit mortua. in resurrectione tã magna erit. nisi sui i se multiplicatione. Unde apparet q etiaz si viueret. nõ aliunde sed in se augmẽtaret illa substantia. Sicut costa de qua facta ẽ mulier. z sicut panes euãgelici Non inficiamur tñ ẽn cibi z humores in carnem z sanguinem transeũt. Sed nõ i vitate humane nature que a primis descendit parentib⁹. que sola in resurrectione erit. reliqua vero caro. in quaz cibi transeũt tanq̃ superflua in resurrectione deponẽt. quetñ ciborum aliarũq̃ rerum fomentis coalescit.

Ista ẽ distinctio. xxx. huiꝰ secũdi libri. In qua mgr̃ postq̃ egit de peccato primorũ parentum quo persona corrumpebat naturam Incipit agere de peccato puulorum quo natura corrumpit psonam. Et tria facit Nam primo ostendit eẽ tale peccatum in genere. Secundo manifestat ipsum in spẽ. Tertio respondet questioni ex dictis originate. Primum facit a principio distinctionis vsq̃ ibi. Sd diligenter inuestigandũ est. Secundum vsq̃ ibi Ad hoc autem. Tertium vsq̃ ad finem distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus quarum prima est hec. Parentum primorum primum originale actuale peccatum fuit mortale. et ab eis in posteros deriuatum Hanc magister intẽdens ꝓponit q peccatum z pena peccati in posteros trãsierunt. z tale peccatum dixerunt quidam esse peccatum actuale ipius ade. quod ꝓbat autoritate apostoli dicentis. q peccatum quod p vnum hominẽ in mũdum intrauit. sit inobedientia que videtur esse peccatum actuale. vt dicit opinio ista. Alij vo sicut pelagiani dixerunt peccatũ quod in mundum intrauit p adam etiam esse peccatum actuale. sed non ipsius ade. sed peccatum cuiuslibet hominis quod dicebant p adaz in mundum introductum esse. non introductione originis. sed similitudine preuaricationis. eo q ille vnꝰ oñibus exemplum reliquit. Sed illud non videtur bene consonum. quia dato q peccatum originale diceretur solum exemplum peccati presciti ad peccandum. tunc deberet etiam dici q transiret a demone i homines qui primum exemplum peccandi reliquit. Et ipse tanq̃ primus in posteros a peccantibus imitatur. quod quia est inconueniens. ideo dicit mgr̃ eẽ tenendum peccatum ab adam trãsiuisse in posteros non solum imitationis exemplo. sed propagationis z originis vitio. quod probat per beatum Augustinum apte dicentem. q originale peccatum transiuit ab adam in omnes p eius carnem vitiatam concupiscentialiter generatos. Secunda ꝓpositio est hec Originalis culpa est quedaz habitualis z vitiosa cõcupiscẽtia excitans in nobis contra rationem desideria. Hanc magister insinuans dicit q peccatuz ꝑmi hominis est sm veritatem culpa a primis parentib⁹ p originem in posteros traducta que culpa nõ ẽ actꝰ hominis. sed quedam habitualis z vitiosa concupiscentia excitans in homine mala desideria: que quãdoq̃ in sacra scriptura a sanctis doctoribus nominatur languor nature. quãdoq̃ lex membroz. quandoq̃ fomes peccati. qñq̃ lex carnis. quãdoq̃ tyrannꝰ. quãdoq̃ concupiscentia vel concupiscibilitas. Postea soluit duas difficultates cuiusdaz hereticiuliani sc̃z querentis. Primo quõ peccatum originale subintret puulos. cum nec ipse genitus. nec generãs peccet. nec conditor. Et respndet sm beatum Augustinum sententialiter dicentez. q odiosa primi parẽtis inobedientia est causa quare in nobis nata est fomes peccati z concupiscentia. Secundo quesiuit. an illꝰ peccatum sit a natura vel a voluntate. Et respondet sententialiter dicens. q licet peccatum originale sit i nobis necessariuz. tamen in primo parente qui ipm tradurit fuit voluntarium Tertia ꝓpositio ẽ hec Oñes qui descendunt ab adam ꝑpagatiõis lege fuerunt in lumbis eius seminali scu materiali ratione. Hanc magister probans querit. quõ in adam potuerunt omnes homines sm carnem esse. cum nec tot athomi in ipo esse potuerunt quot homines ab ipso processerunt. Et respondens dicit. q omnes homines materialiter z causaliter in ipo fuerunt. quia aliquid ab ipso decisum est. a quo sine alterius additione p solam multiplicationem materie in seipam corpus filij eius generatum z actum est. z sic p simile p decisionem factam in posteros genus humanuz multiplicatum est. ita q nihil oñino extrinsus aduenies transit in veritatez humane nature. qõ ꝓbat primo autoritate euangelij dicentis Oñe quod intrat i os in ventrem vadit. Secundo p hoc q omnes in resurrectione habebũt quantitatẽ pfectam sine alterius materie additiõe. Ex istis tñ nõ negat mgr̃ q alimẽtum transeat in carnẽ. sed negat q transeat i humane nature veritatem. Et tñ in speciali.

Quomodo peccatum originale a patribus transeat in filios. an sm animã an sm carnem. a

DI. XXXI

Hanc super est inuestigare qualiter illꝰ peccatum a patribꝰ traducat in filios. s. an sm solam animã. an sm carnem. siue sm vtrũq̃? Putauerunt quidam sm aiaz trahi peccatum originale. non solũ sm carnem. quia non solum carnem sed z animaz extraduce esse arbitrati sunt. Sicut enim i generatiõe prolis de carne paterna substãtialiter trahit caro. ita etiã de gignẽtis anima. animã geniti eẽntialiter deduci ab his existimabatur. Ideoq̃ sic de corrupta carne caro corrupta seminat. ita etiã d anima peccatrice aia peccatrix corruptione originali infecta. ab illis trahi dicit.

Opinio quorundaz male credẽtiuz animas eẽ extraduce.

Predictã opinionez damnat z q per carnẽ traducat peccatũ dicit. z quõ ostendit. b

Hoc autez fides catholica respuit. z tanq̃ veritati aduersum damnat. quenõ animas sed carnem solã sicut supius diximus extraduce esse admittit. Non ergo sm animam sed sm carnem

solam peccatū originale trahīt a parētib⁹
Est eñ pcīm originale (vt supra diximus)
Uñ Aug⁹ ad Valerium. cōcupiscentia nō ꝺem actus sed vitiū Ip
sa cōcupiscentia est lex mēbrorū vel carnis
que est morbidus quidam affectus vel lan
guor qui cōmouet illicitū desideriū. id est
carnalē ꝯcupiscentiā que lex peccati dicīt
Quare cōcupiscētia dr eē in carne. Que dicīt manere in carne. nō quin in ani
ma sit. sed quia per corruptionem carnis i
anima sit.

Causam corruptiōis carnis ostendit. ex q̄ in anima peccatuz fit. c

Caro enī pr̄opter

peccatū corrupta fuit in adam adeo vt cuz
añ peccatū vir ⁊ mulier sine incentiuo libi
dinis ⁊ cōcupiscētie feruore possent conue
nire: esset⁹ thorus īmaculat⁹. iā post pec
catū nō valeat fieri carnalis copula absq⁹
libidinosa cōcupiscentia. que semp vitium
est ⁊ etiam culpa nisi excusēt p bona coniu
gij. In cōcupiscētia ergo ⁊ libidine cōcipi
tur caro formāda in corpus ꝓlis Añ caro
ipsa que concipīt in vitiosa cōcupiscentia
polluitur ⁊ corrumpīt. ex cuius contactu
anima cū infundīt maculā trahit: q̄ pollui
tur ⁊ fit rea. id est. vitiū cōcupiscētie. que ē
originale peccatum.

Q̄ ꝓpter corruptionē carnis q̄ est causa peccati dicitur peccatum eē in carne d

Ideoq; ip̄m pecca

tum dicīt manere in carne. Caro ergo que
i cōcupiscētia libidinis seminat. nec culpā
habet nec actum culpe. sed causaz. In eo q̄
qđ seminat: corruptio est. In eo aūt q̄ na-
Ambros⁹ scīt cōcupiscētia vitiuz est. Unde Amb. ꝺ
verbis apostoli sic ait. Quō habitat pcīm i
carne. cū non sit substātia. sed p̄riuatio bo-
ni? Ecce p̄rimi hominis corp⁹ corruptuz ē
p peccatū. ipsaq⁹ corruptio p conditionem
offensionis manet in corpe. robur tenēs di
uine sententie date in adam. cui⁹ consortio
anima maculat peccato. Ꝑter id ergo q̄ fa
cti causa monet. inhabitare dicīt peccatuz
in carne. hec est lex carnis. Idem. Non ha
bitat peccatum in aia. sed i carne. q̄ pecca-
ti causa ex carne est. nō ex anima. q̄ caro ē
ex origine carnis peccati. ⁊ per traducem
oīnis caro fit causa peccati. anima vo non
traducīt. ⁊ ideo in se causam peccati nō ha
bet. Aug⁹ quoq⁹ ex carne peccatū aiaz con Au
trahere in sermone quodam ꝺ verbis apo ust.
stoli ostendit dicens. Uitiū concupiscētie
est qꝺ anima ex carne ꝯtraxit. Natura q̄p
pe humana non opere dei cum vitio p̄rimi
tus est instituta. sed ex voluntatis arbitrio
p̄riorum hominū venienti vitio est sautia-
ta. ita vt non sit in carne bonū. sed vitiuz q̄
inficitur anima.

De causa originalis peccati que est in carne vtrum sit culpa an pena. e

Hic q̄rī solet vtruz

causa peccati originalis que dicta ē esse in
carne culpa sit vel pena siue aliquid aliud?
culpa esse nō pōt. q̄ culpa nō ē in re irrati-
onali. Si eñ culpa esset in carne añ infusio
nem anime. actualis esset vl originalis Sz
actualis ibi nō est. nec originalis culpa est
quia ipsa causa ē originalis peccati Si aūt
pena est. que est illa? passibilitas vl morta-
litas vel alia corruptio? Hos eñ defectus
carni inesse constat.

Hic apiet q̄d sit feditas tracta ex libidine coeuntiū. que vitium vel corruptio dici pōt. f

Ad quod dici pōt

quia multiplex defectus carnis et p̄cipue
pollutio q̄dam. quā ex feruore coitus parē
tum ⁊ ꝯcupiscētia libidinosa ꝯtrahit caro
dū concipīt: causa est originalis peccati. q̄
recte vitium siue corruptio carnis appella
ri pōt. Que feditas maior videt esse in car
ne cōcupiscētialit traducta q̄ in ea vñ tra-
ducīt. Et q̄ vitiū vel corruptio sit in carne
añ cōiunctionem anime. effectu ꝓbat. cuz
anima infundīt que ex corruptiōe carnis
maculat. Sicut in vase dinoscīt vitiū esse
cum vinū infusū acescit.

Inductu similiū ostēdit ñ absurde dici filios trahere peccatū a parentibus etiā mūdis. g

Ne autē meremur

⁊ intellectu turbemur audiētes pcīm origi
nale filios traducere a parentibus iam per
baptismum ab illo peccato mundatis. diu
sarum similitudinum inductione id posse fi

eri insinuat Aug⁹. in lib. de baptismo puulozū ita inquiens. Q̄uo ꝓputū ꝑ circūcisionem auferē. manet tñ in eo quē genuerūt circūcisi. Q̄uo etiā palea que ope humano tāta diligētia sepaē. manet tñ in fructu qui ō purgato nasciē tritico. ita peccatū quod in parentibus ꝑ baptismū mundaē manet in eis quos genuerūt. Ex hoc enim gignunt quod adhuc vetustum trahunt. nō ex hoc q̄ lex in nouitate ꝓmouit eos iter filios dei Nō em̄ generant parētes filios ſm illā generationē qua denuo nati sunt. sed potius ſm illam qua carnaliter et ipsi primuz sunt generati.

Quare dicaē originale hic dicitur cum epilogo. h

Jam ostensum est

quid sit originale pctm̄. z qualiter a parentibus in filios. et ꝑ carnez in aiam transeat. Ex quib⁹ etiā innotescit quare dicaē originale pctm̄. ideo. s. quia ex vitiosa lege originis nostre in qua cōcipimur. s. carnis libidinosa ꝯcupiscentia traducīē vt supra dictuz est. Nō em̄ quia ex carne tracta ab adā concepti sumus. ideo pctm̄ traximus. quia et christi corpus ex eadē carne formatum est. que ab adam descendit: sed eius ꝯcept⁹ est celebrat⁹ nō lege peccati. i. ꝯcupiscētia carnis. vñ z caro eius peccatrix nō fuit. immo opatione spūſſancti. Noster ꝙ ꝯcept⁹ nō fit sine libidine. et ideo non est sine peccato. Nō euidenter Aug⁹. oñdit in libro de fide ad petrū dicēs. Quia dū sibi inuicē vir mulierq; miscenē. sine libidine nō est parentuz cōcubitus. ob hoc filioꝝ ex eoruz carne nascentium non potest sine peccato esse cōceptus. vbi peccatū in puulos nō trāsmittit ꝑ pagatio sed libido. nec fecūditas humane nature facit homines cum peccato nasci. ſ feditas libidinis quā homines habēt ex illius iustissima cōdemnatione peccati. Ꝺ̄o beatus Dauid ꝓpter originale pctm̄ quo naturaliē obstricti sunt filij ire. dicit. In iniquitatibus ꝯceptus sum. et in peccatis cōcepit me maē mea. Ex hoc itaq; apparet ex lege conceptionis traduci originale pctm̄. quia nisi cōceptio sic fieret in carne. anima ex carnis coniunctione ꝯcupiscentie vitiuz non traheret.

Obiectio quoꝝundam nitentiū ꝑbare peccatuz non traduci ex lege coitus. i

Sed ad hoc oppo-

nitur hoc modo. In ipo conceptu vbi dicitur transmittit pctm̄. ꝓpagaē caro. nec tñ infundiē anima ſm phisicos. sed iam effigiato corpe. Quod etiā moyses in Exod. aperte significat. vbi ait de pcussura mulieris pregnantis. Si quis inquit pcusserit mulierez pregnantē et abortū fecerit. si adhuc informe fuerit: puerperiuz mulctabiē pecunia. Si aūt formatū fuerit. reddat aiam ꝑ aia. Formatū vero intelligiē ꝓpria anima animatū. z informe qō nondū habet animam. In ipso ergo conceptu cum caro propagatur nōdum infundiē anima. Q̄uo ergo ibi peccatū transmittit. cum peccatum nō possit esse vbi anima non est? Ad quod dici potest quia in illo conceptu dicīē peccatum transmitti. non quia peccatuz originale ibi sit. sed quia caro ibi contrahit id ex q̄ pctm̄ fit in anima cum infunditur. Et vtrūq; vocatur conceptus. s. z cum caro ꝓpagaē formamq; corporis humani recipit. et cū anima infundiē. quod aliq̄n etiaz dicīē natiuitas. Unde. quod natum est in te. ꝓprie aūt natiuitas ꝺ̄i in lucem editio. Rñsio cuz solutione.

Jsta est distinctio. xxxi. huiꝰ secun

di libri. In qua magister postq; egit de qualitate peccati originalis. agit de ipsius traductione. Et tria facit. Nam primo agit de modo quo transfundiē. Secundo de causa quare traducīē. Tertio de rōnenois qō sortiē. Primum vsq; ibi. Hic solet queri. Secūdñ vsq; ibi. Jam ostensum est. Tertium vsq; ad finez distinctionis. In speciali sententia magistri stat in trib⁹ ꝓpositionibus quarū prima est hec. Per carnem qua vitiosa concupiscentia concipiē et anime vnitur. et nō ꝑ animā peccatū originale traducīē. Hanc magister insinuans querit: vtrū peccatum originale traducitur a parentib⁹ in filios ſm sola carnem vel ſm solam animā. vel ſm vtrūq;. Et rñdēns dicit quosdā fuisse opinatos. q̄ pctū originale traducīē ſm aiam ponentes aiam ex traductione incipe. exempluz. ita q̄ sicut in generatione prolis caro filij substāialiter de carne patris trahiē. ita etiaz anima filij. de anima patris essentialiter generaē. Sed istam opinionē magister respuit tanq; fidei catholice ꝯrariaz. eo q̄ peccatum nō ſm animam sed ſm carnem solam a parentibus trahiē. Nam in feruore libidinis concipiē caro in corpus formanda z incorrupta polluiē. Ex contactu anima cum infundiē contrahit maculā qua et ipa polluiē. et sic rea est vitij concupiscentie quod dicitur peccatū originale. z dicaē manere in carne nō quidez sicut in subiecto ꝓprio cū caro nō possit eē subiectū culpe. sed sicut in causa seu virtualiter in carne contēctum. Istas sententias ꝓbat magister auctoritatibus beati Augustini z Ambrosij. Secunda ꝓpositio est hec. Peccatum originale quidē defectus z fomes peccati esse asseriē quo anima a carni vnita inficiē Hāc magister ꝓbans querit. Utrū talis carnis infectio. sit culpa vl pena. z q̄ non sit culpa ꝓbat ꝑ hoc q̄ est in subiecto irrationali. in quo culpa esse nō potest. q̄ etiā non sit pena ꝓbat ex hoc q̄ penalitatibus cōter r

au'l ll. de a pe.

non ꝓnumerat. Et rñdit dicens. q̄ sit quidaꝫ carnis defectus et pollutio que recte vitium siue carnis corruptio nuncupari potest. que quidem feditas in carne ante cõiunctionem anime forе approbat. quod ex hoc patet q̄ anima dum infunditur ex corporis corruptione maculatur. Et subdit non mirum esse filios peccatum originale ꝓtrahere a parentibus taꝫ mundatis sicut non miramur q̄ ab homine circumciso nascitur homo prepuciatus. et ex grano depurato crescunt grana paleis circũsepta. Tertia propositio est hec. Igit vocat peccatũ originale. quia contrahit in ortu ex libidine. Hanc magister probans dicit. q̄ illud peccatuꝫ igit dicit originale. quia ex vitiosa lege originis nostre quo concipimur contrahit. s. ex carnis seminali commixtione cuꝫ feruore libidinis. et q̄ solus xp̄s talez libidinẽ non habuit ideo solus peccatum originale nõ ꝓtraxit. Et tñ in speciali.

Quõ originale peccatum dimittatur in baptismo. cum et post sit illa cõcupiscentia que dicit originale peccatum. a

DIXXXII Quoniam supra dictũ est originale pctm̃ esse vitiũ ꝓcupiscẽtie. assignatumq̄ quõ a parentibus trahatur et originale dicat. supest inuestigare quõ in baptismo dimittat. cũ etiã post baptismum remaneat ꝓcupiscentia que añ fuerat. Añ videt vel pctm̃ originale nõ eẽ cõcupiscẽtia. vl̃ nõ remitti in baptismo. Manet quipe vt ait Aug⁹. in corpe mortis hui⁹ carnalis ꝓcupiscentia. cui⁹ vitiosis desideriis nõ obedire ꝓcipimur. Quetm̃ concupiscentia quotidie minuit in proficientib⁹ et continentibus. sed licet remaneat concupiscentia post baptismũ. nõ tñ dñat et regnat sicut ante. imo p gr̃am baptismi mitigat et minuit. vt post dominari nõ valeat nisi q̄s reddat vires hosti eũdo post concupiscentias. Nec post baptismũ remanet ad reatũ quia nõ imputat in peccatum. sed tm̃ pena peccati est. Ante baptismum vero pena est et culpa.

Aug⁹. i li. de nuptijs et concupiscentia.

Q̄ originale peccatũ duobus modis dimittit. s. extenuatione sui. et solutione reatus. b

Duplici ergo ratione pctm̃ originale dicit dimitti i baptismo q̄ per gr̃am baptismi vitium ꝓcupiscentie debilitat atq̄ extenuat. ita vt iam non regnet nisi consensu reddant ei vires. quia et reatus ipsius soluitur. Añ Aug⁹. in lib. de baptismo paruulor. Gratia per baptismũ id agitur. vt vetus homo crucifigat. et corpus peccati destruat. non ita vt in ipsa viuente carne cõcupiscentia respersa et innata repente absumatur et non sit. sed ne obsit mortuo que inerat nato. Nã si post baptismum vixerit. in carne habet concupiscentiam cum qua pugnet. eamq̄ adiuuante dõ superet. si tñ nõ inuacuum gratiam eius suscepit. Nõ itaq̄ ꝫ prestat in baptismo nisi forte miraculo in effabili creatoris vt lex peccati que est in membris prorsus exinguat et nõ sit sed vt quicquid mali ab homine factum. dictum. cogitatumq̄ est. totũ abolea tur. ac velut factũ non fuerit habeat. Ipsa vero cõcupiscentia soluto reatus vinculo. quo p illam diabolus aiam̃ retinebat. et a suo creatore sepabat. maneat in certamine

Autoritates de vno mõ remissionis.

Ecce hic apte ostendit ea ratione dimitti in baptismo. nõ q̄ non maneat post baptismum. sed quia reatus in baptismo abolet tur. Deinde idem ipse ostendit eo modo etiam dimitti. quia baptismi gratia concupiscentia ipsa mitigat et minuit: in eodem lib. ita dicens. Lex carnis quã apostol⁹ appellat pctm̃ cum ait. Nõ regnet peccatũ in vestro mortali corpe. nõ sic manet in membris eorum qui ex aqua et spũsancto renati sunt. tanq̄ nõ sit ei⁹ facta remissio. vbi oñno plena fit remissio peccatorũ. sed manet i vetustate carnis tanq̄ supatũ et pemptum nisi illicito ꝓsensu q̄dãmõ reuiuiscat. et regnũ pprijũ dñationẽq̄ reuocet. Hic apte i sinuat in baptismo ꝓcupiscentiã debilitari exquo et dicit dimitti non solum ideo quia reatus ibi soluit. Quem remissionis modũ alijs etiã plurib⁹ testimonijs scriptura edocet. Ait eñ Aug⁹. contra Julianum. Lex in membris est. vitium carnis est. quod ex pena peccati et extraduce mortis prouenit. Sed lex ista q̄ est in membris. remissa ẽ regeneratiõe spirituali. et manet in carne mortali. Remissa est. quia reatus solutus est sacramento quo renascunt fideles. Manet autem quia opatur desideria cõtra q̄ dimicant etiam fideles. Idem in sermone q̄daꝫ de concupiscentia carnis. Per gratiam baptismatis et lauacrum regenerationis solutus est et ipse ꝓcupiscentie reatus cũ q̄ eras natus. et quicquid antea ꝓsensisti male concupiscentie. siue cogitatione. siue locutione siue actione. Idem in libro de nuptijs et cõcupiscentia. Concupiscentia carnis licet in regeneratis iam non deputetur in peccatũ quecunq̄ tamen proles nascit. obligata est originali peccato. Item. Dimittitur cõbu-

Autori de altet

piscentia carnis in baptismo. non vt non sit sed vt non imputat in peccatum. Hoc ē enī non habere peccatum non esse reum peccati. Quō ergo alia peccata pretereunt actu ⁊ ramanent reatu. vt homicidium ⁊ similia. Ita econuerso fieri pōt vt cōcupiscentia p̄ tereat reatu. ⁊ remaneat actu. Ex predictis euidenter monstratur quō peccatū originale in baptismo remittatur.

De feditate quam caro ex libidine coitus contrahit vtrum in baptismo diluatur. c

Volet aūt hic queri. vtrum ⁊ ipsa caro in baptismo ab illa feditate purget. quam in conceptione ex concupiscentia libidinosa contraxit? Quibusdam videtur q̄ sicut anima reatu purificatur. ita ⁊ caro ab illa pollutione purgatur. Vt sicut duobus completur mysterium baptismi. scz aqua ⁊ spiritu. ita ibi duo purgē tur: anima. s. a reatu. et caro ab illa cōtagione. quod quidem probabile est. Alij vero putant tantū animā ibi mundari. carnē vero non ab illa feditate purgari. Si vero remanet illa feditas vsq̄ ad procreationez filiorum que fit in concupiscentia carnis. videtur natura carnis magis ac magis corrūpi. et magis corrupta videt caro prolis q̄ parentis. quia de carne pollutionem quaz habuit a conceptu retinenti. trahitur pollu ta et in concupiscentia concipitur vnde ⁊ pol luitur. et ita ex duplici causa contaminatur Vnde maior videtur pollutio carnis in p le q̄ fuerit in parente. Ad quod illi dicunt quia licet caro prolis ex carne feda semine tur. et in concupiscentia concipiatur. nō tamen feditatem maiorem trahit q̄ caro vnde seminatur habuerit. Quāuis etiā si fedi or atq̄ imundior sit caro prolis. et ideo magis corrupta q̄ caro parentis. nō inde (vt aiunt) fit preiudiciuz veritatis. quia nec absurdum esse dicunt. si carnis natura magis in posteriorib⁹ corrupta trahatur. neq̄ ex ipsa magis corrupta anima magis inficitur.

Quida dicūt carnē munda rib illa pol le ōe alij nō.

Cōdit inconuenientiā con tra illos q̄ ne gat.

Ex quo auctore fit illa cōcupiscentia. deo. s. vel alio. d

Preterea queri solet vtrum concupiscentia que post baptismum remanet. et tantuz penalitas est. ante baptismum vero pena erat ⁊ culpa. ex deo auctore sit vel ex alio? Ad quod breuiter respondentes dicimus. quia inquantū pena est. deum habet auctorem. inquantum vero culpa est. diabolum siue hominez habet auctorem.

Rñsio illoz̄.

Qua iusticia anime mundē ex creatione illud peccatū imputet. cuz non possit vitare. e

Volet etiam queri qua iusticia teneat illo peccato anima innocens a deo creata. cum non sit in potestate sua illud vitare? Nō em̄ p liberū arbitriuz illud committatur. quia nō prius est anima q̄ illi peccato est obnoxia. Ad hoc q̄daz dicunt ideo animam ream esse illius peccati licet munda a deo sit creata. quia cū infūditur corpori. condelectatur carni. ex quo peccatum contrahit. Quod si esset. iam nō originale sed actuale diceretur. Totus ergo ideo recte potest dici imputari anime illud peccatum quod ex corruptione corporis ineuitabiliter trahit. quia vt ait Aug⁹. in libro de ciuitate dei. Non fuit corruptio corporis que aggrauat animā causa primi peccati. scz pena. nec caro corraptibilis animā peccatricem fecit. sed peccatrix anima carnem corruptibilem fecit.

Rñsio quoz̄dam falsa.

Congrua rñsio et vera.

Vtrū illud peccatū sit voluntariū vel necessarium. f

Illud etiam nō immerito queri potest. vtrum pctm̄ originale debeat dici voluntarium vel necessarium? Et necessarium potest dici. quia vitari non potest. Vnde ⁊ propheta dicit. De necessitatibus meis erue me. Et voluntariuz non incongrue appellatur. quia ex voluntate p̄mi hominis processit. vt Aug⁹. in primo libro retractationum ostendit dicens. Illud quod in puulis dicitur originale peccatuz cum adhuc non vtantur libero arbitrio voluntatis. non absurde vocatur voluntariū quia ex prima hominis mala voluntate cō tractum. factum est quodammodo hereditarium.

Q̄ voluntariū pōt dici ⁊ necessarium.

Quare deus animā corpori iungit sciens etiam inde maculari. et ideo damnari. g

Si vero queritur

cur deus qui fecit aulmaz ipsam sine macú la. et scit eam ex corpis coniunctione maculam peccati contrahere. et aliqñ añ baptismum seiungi ab ipso corpore. et sic dãnari. eam corpori iungit? Rñdemus ex altitudine iudiciorũ dei id prouenire. et nec iniuste id a deo fieri. Ipse eñ non incõgrue humane conditionis modũ quẽ a principio instituit. licz peccata hominũ interesserint. sine immitatione continue seruat. Corpora de materia a principio sine vitio facta fingens animasqz de nihilo creans. eorumqz coniũctione hominem pficiens. Cuz ergo vtraqz hominis natura a deo sine vitio sit instituta. licet a se peccato sit vitiata. nõ ideo imutabilis deus humane ꝯditionis ꝑmariã legem mutare debuit siue ab hoim multiplicatione desistere.

An anima sit talis qualis a deo creatur. h

Hic a quibusdaz q̃ri solet. vtruz anima talis sit ante baptismũ qualis a deo creatur? Quod nõ esse probare conãtur hoc modo. Anima in copore creatur. in cuius coniunctione peccato maculatur. Quãcito ergo est. peccatũ habz. nec prius fuit qz pctm̃ habuerit. nõ est ergo talis qualis a deo creatur. Creatur eñ a deo innocens ⁊ sine vitio. ⁊ nunqz talis ẽ Ad quod dici potest. quia non oñino talis est qualem eam deus fecit. Deus eñ bonã eã fecit. et bonitatez ei sine corruptiõe indidit Et dicit illa naturalis bonitas quã in creatione conditore suscepit. quã bonitatem ꝑpter pctm̃ penitus nõ amisit. ꝙ vitiataz habuit. quã deus tñ sine vitio fecit Si eñ res bona nõ esset anima. in ea malũ esse nequiret. cum non possit malum esse nisi in bono. vt post dicet. Non g̃ oñino talis ẽ anima qualis a deo est creata. Sicut quis pollutas habens manus nõ tale habuit pomum quale ego dedi mundis manibus. Ego eñ dedi mundum.

Quo quidaz ꝓbant nõ eẽ talem.

Solutio.

An anime ex creatiõe sint equales in donis naturalibus.

Illud quoqz nõ incongrue queri solet. Utrũ oñes anime ex creatione equales sint. an alie alijs excellentiores? Pluribus nõ irratõnabiliter videt qz ex ipsa creatione alie alijs excellant in naturalibus donis. vt in essentia. alia alijs sit subtilior. et ad intelligendũ memorandũqz abilior. vtpote acutiori ingenio et pspicatõri intellectu predita Quod nõ improbabiliter õr cuz in angelis ita fuisse ꝓstet. Et licet naturalibus donis alie ꝑ alijs polleãt. ⁊ tñ ante baptismũ a corpe discedẽtes parẽ penam. ⁊ post baptismũ statim equalez coronam sortiunt. qz ingenij acumen vel tarditas. ꝑmiũ vel penã in futuro nõ collocat.

Ista est distinctio .xxxij. h̃ secundi libri. In qua magister post q̃ egit de peccati originalis quiditate ⁊ traductione. agit de eius remissiõe Et tria facit. Nam primo ostẽdit quomodo peccatuz per baptismum remittitur. Secundo qualiter a deo causatur. Tertio qualiter ad voluntatem compatur Primũ facẽ vsqz ibi. Preterea queri solet Scõm vsqz ibi. Illud etiam non. Tertium vero vsqz ad finem distinctionis. In speciali sententia magistri stat in trib̃ propositionibus. quarum prima est hec. Quãuis in baptismo remaneat concupiscentia gratia exercitij. vt pena eius. tamen potestas libinis per gratiam christi minuitur ne regnet vt culpa. Hanc mgr ꝓbãs querit duas questiones quarum prima est. Quomodo peccatum originale p baptismum remittatur cum concupiscentia remaneat in baptismo etiaz ⁊ post baptismum. Et respondens dicit q̃ hoc est ideo. quia post baptismuz concupiscentia minuitur eo q̃ regnare et dominari prohibetur. et reatus per gratiaz baptismi tollitur. Unde sicut peccata actualia ⁊ similia vt homicidium ⁊ similia. transeunt actu ⁊ remanent reatu. sic econtra est de peccato originali quod in baptismo transit q̃tum ad reatum. sed manet actu inq̃tum concupiscentia manet. Secunda questio est. Utrum caro purgetur in baptismo a feditate sua q̃m libidinosa concupiscentia traxit. Et respondet q̃ ꝑm aliquos non solum anima. sed etiaz caro a sua feditate in baptismo purgatur eo q̃ aliq̃ vt dicunt ad illam purgationem ordinantur. ꝑm alios vero solum purgatur feditas anime. ⁊ non carnis. ⁊ que istarũ ꝓpinionum verior sit magister non determinat. sed ꝓcedit in questione. Secunda propositio est hec. Pene qua iuste punitur post baptismum peccator deus ipse est principalis conditor ⁊ impator. Hanc magister probans querit duas questiones quarum prima est hec. Utrum originalis concupiscentie deus sit cã. Et respondens dicit sic. Naz concupiscentia illa que post baptismum est ⁊ pena ⁊ culpa. Inq̃tum ergo ẽ pena est a deo auctore tanq̃ iuste inflicta. Inquãtum aũt culpa est. sic a diabolo est. ⁊ a primo homine peccante. Secunda questio est. Quare peccatum originale imputatur anime. que tamen eius contractionem vitare ñ potest. Et respondet q̃ hoc non fit ideo quia anima condelectetur carni infecte cui ea infunditur. quãuis tamen hoc quidam dixerunt. sed ꝓuenit ex peccato primi parentis. Cuius anima peccatrix efficit carnem corruptibilem ⁊ peccatricem. quia si esset ex delectatione anime quãdo carni vnitur seu infunditur. tunc non esset originale peccatum. ſz magis actuale. Tertia ꝓpositio est hec. Quãuis originale peccatum sit malum necessarium eo tñ q̃ a prima hominis voluntate pueniſſe tenetur dicitur volũtarium. Hanc magister probans querit quatuor q̃stiones. Prima est. Utrũ peccatum originale sit voluntarium vel necessarium. Et rñdens dicit q̃ sit necessa

rũ eo q̃ vitare nõ põt Etiã est volũtariũ eo q̃ a volũtate primi hominis processit. Secunda questio est Quare deus animam carni infundit .p quã presciuit eam esse maculandam .Et respondet q̃ hoc ideo fecit vt saluetur propagationis humane institutio. Vel dicit q̃ hoc remittendum est diuinorum iudiciorũ altitudini. Tertia questio est. Utrum anima dũ corpori infunditur sit talis qualis a deo creatur. Et respondet q̃ non sit oñino talis quia a deo creat munda.sed ex coniunctione ad carnem maculam contrahit. Quarta questio est. Utrum omnes anime sint simpliciter equales a deo create. Et respondet q̃ nõ quia inequalia naturalia receperunt in ipsarum creatione.sicut et angeli. qõ mgr̃ .p̃bat diuersor̃ sct̃or̃ auctoritatibus. Et tm̃ in speciali.

An peccata omnium precedentiũ patruz paruuli originaliter trahãt vt peccatũ ade. a

II. XXX III

DRedictis addiciendum videt an peccata precedentium patruz ad puulos transeãt . sic illud primi hois delictum in oñes carnalit̃ genitos diximus redũdasse. z si parentũ transeunt in puulos. vtrũ omniũ qui fuerũt ab adam vsq̃ ad ipsos.an aliquorũ et non omnium?

Quid super hoc Aug⁹. in encheridion dicere videt. b

De hoc Aug⁹. i enchiridion.ambigue disserit. videt enim approbare peccata parentũ precedentiuz imputari puulis.nõ omniũ tm̃ qui fuerunt ab adam. ne importabili z nimia sarcina in pena eterna grauarent puuli. sed tm̃ eor̃ parentum qui eos a quarta generatione p̃cesserunt. Quod ꝓfirmat illis verbis quib⁹ i Exod. dñs ait. Ego sum deus visitãs iniquitates patrũ vsq̃ in tertiã z quartã generatione.quasi peccata parentũ primorum tm̃ puulis imputent z non alia. qõ ẽ p moderationẽ diuine miserationis.

Eorum ponit documẽta qui dicũt transire in paruulos parentum delicta. c

Et q̃ non illud solũ primi hominis delictum puulos teneat sed etiam alia:illi quibus ita videt ex eo cõfirmant.q̃ etiam puuli nõ modo maiores dicunt baptisari in remissionem peccatorum p pluralem numerũ nõ per singularẽ in remissionem peccati. Et Dauid de legitimo matrimonio p̃creatus dicit. In iniquitatibus conceptus sum.et in peccatis concepit me mater mea. Nõ dicit :iniquitate vl̃ peccato. Unde putant nõ tm̃ illud vnuz pctm̃ originale.sed etiã plura que in peccato adere periri possunt.et alia parentũ peccata puulis imputari.

Q̃ in illo vno primo peccato plura reperiuntur. d

Q̃ vero in actuali peccato ade plura notari valeant peccata. Aug⁹.in encheridion insinuat ꝓssunt inquit intelligi plura peccata in vna trãsgressione ade.si in sua quasi mẽbra diuidat Nã et supbia est illic .q̃ homo in sua pot⁹ esse q̃ dei potestate dilexit. Et sacrilegiũ.quia deo nõ credidit. Et homicidium.quia se in mortem p̃cipitauit. Et fornicatio spiritalis quia integritas mẽtis humane serpentina suasione corrupta est. Et furtum quia cib⁹ prohibitus vsurpatus est. Et auaritia. q̃a plus q̃ sufficere illi ꝺbuit appetiuit. z si q̃d aliꝺ in hoc vno pctõ inueniri põt. Dein de de parentũ p̃cedentiũ peccati vtrũ puulis imputent̃:magis opinando q̃ asserẽdo disceptat ita inquiens. Parentuz peccatis puulos obligari.nõ solũ primoz hominuz sed etiam suoz de quibus ipsi nati sunt nõ improbabiliter dicit̃. Illa quippe diuisa sententia.reddam peccata patrum in filios. tenet eos ante regenerationem vsq̃ adeo: vt etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat. In iniquitatibus conceptus sum. et in peccatis concepit me mater mea. Nõ dixit in iniquitate vel in peccato.cũ z hoc recte dici posset. Sed iniquitates et peccata dicere maluit. quia et in illo vno qꝺ in omnes homines ptransijt.atq̃ tam magnũ est vt eo mutaret̃ humana natura. reperiunt̃ sicut supra disserui plura peccata.z alia parentũ.que nõ ita possunt mutare naturam. reatu obligant filios.nisi gratia dei subueniat.Sed de peccatis alioz parentum quibus ab ipso adam vsq̃ ad patrem suum pgenerationibus suis quisq̃ succedit.nõ immerito disceptari potest. vtrum omniũ malis actibus z multiplicatis delictis originalib⁹ qui nascit̃ implicet̃. vt tanto pei⁹ q̃to posterius quisq̃ nascatur. An ꝓpterea deus in tertiam et quartam generationem de peccatis parentũ posteris eorum cõminet̃

De parentuz peccatis an puulos teneãt.

Vide opiniones varias.

quia iram suam ꝯtum ad progeneratorum culpas nō extendit vlterꝰ moderatōne misserationis sue. ne illi quibus regeneratiōis gratia non ꝓferꝝ. nimia sarcina in ipsa eterna damnatione ꝑmerenꝝ si cogerenꝝ ab ipso initio generis humani. omnium ꝓcedentium parentū suorum originaliter peccata contrahere. et penas pro eis debitas pendere. An aliquid aliud de re tanta scripturis sanctis diligentius ꝑscrutatis ac tractatis valeat vel nō valeat reperiri. tenere affirmare nō audeo. Ecce ꝑspicuum fit lectori Augustinū supiora dixisse nō asserendo sed diuersoꝝ opiniones referendo.

Ostendit augustinū sibi fore ꝓtrarium. si id sentiret. e

Alioquī sibiꝑsi cōtradicere ostenderet.

qui in eodem lib. omnium mitissimam dicit esse penā paruuloꝝ qui originali tantum tenentur peccato his verbis. Mitissima sane pena eorum erit ꝙ ꝓter peccatum quod originale ꝓtraxerūt nullum insup addiderūt. et in ceteris ꝙ addiderūt. tanto quisꝙ ibi tolerabiliorem habebit damnationem. ꝙto hic minorem habuit iniquitatem. Ecce hic apte dicit puulorum penam omnium aliarum penaꝝ esse leuissimam. Quod si est: non ergo peccatis patrum ꝓcedentiū obliganꝝ. nisi ade. Si em ꝑ peccatis parentuꝫ actualibus eternaliter puniren̄ et ꝑ suo originali. nō tam minus. sed forte magis ꝙ ipsoꝝ parentes punirentur. Non ergo ꝑ peccatis parentum actualibus. nec etiaꝫ ꝓ actualibus primi parentis. sed ꝑ originali quod a parentib⁹ trahitur. paruuli damnabunꝝ. ꝑ eo nullaꝫ aliam ignis materialis vel ꝓscientie vermis penam sensuri. nisi ꝙ dei visione carebunt in perpetuū. Uno ergo et nō pluribus peccatis puuli obligati sunt. Unde etiam ea ꝙ bus illa opinio muniri videꝝ. s. ꝙ peccata et iniꝙtates in puulis aliqñ scriptura esse signi-
Determiatio eoruꝫ q̄ illi ponebāt i munimentuꝫ sue opinionis. ficat vtens plurali numero. ita determinat Aug⁹. in eodē libro. Quia in scriptura ꝑ singularem numerū pluralis numerus sepe significari solet. vt ibi. Ora ergo ad deū vt auferat a nobis serpentem. non ait ꝓpentes quos patiebaꝝ populus. Et econuerso per pluralem significatur singularis numerus. vt in euangelio. Mortui sunt em̄ qui querebant animam pueri. nō ait. mortuus est. cum loqueretur de herode. Et in Exo. Fecerunt deos aureos. cū vnum fecerunt vitulum. de quo dixerunt. Isti sunt dij tui israel. Ita et illud originale vnū plurali numero significaꝝ. cū dicimus puulos in peccatorū remissionem baptisari. ꝫ in peccatis vel iniꝙtatibus concipi.

An actuale peccatū ade sit grauiꝰ ceteris. f

Hic q̄ri solet vtruꝫ

pctm̄ ade transgressionis ex quo ꝓcessit originale. ꝫ in ꝙ plura supius notata sunt peccata. grauius fuerit ceteris peccatis? Qui busdam ita esse videꝝ. quia illud pctm̄ totā humanā naturam mutauit sicut Aug⁹. dic̄ in ench̄. Illud vnū pctm̄ in loco et habitu tante felicitatis admissum. tam magnū est. vt in vno homine originaliter (vt ita dixerim) radicaliter totum genus humanū dānaretur. Idem in libro de ciui. dei. Tanto maiori iniusticia violatum est illud mandatum. quāto faciliori poterat obseruātia custodiri. Nondū em̄ ipi voluntati cupiditaſ resistebat quod de pena trangressionis pꝰ ea secutū est. His alijsꝙ vtunꝝ autoritabꝰ qui illud peccatū ceteris altoruꝫ hominum peccatis grauius esse dicunt. Quod etiam rōne ostēdere laborant hoc modo. Magis nocuit illud pctm̄ ꝙ aliquod aliorum. quia totū humanū genuſ vitiauit. ac morti vtiꝙ subdidit. quod nullo alio peccato fcm̄ est. Maiorē ḡ effectū mali habuit illō pctm̄ ꝙ aliquod aliud.

Quare buſ dā grauꝫ esse videꝝ c ris

Ꝓst a ōis tates ꝓ rō nes eoꝝ i.

Rñsio ꝓtra illos vbi alia pctā ostēdunt illo maiora. g

Ad quod dici pōt.

qꝫ licet illud pctm̄ hūanam naturā mutauerit in necessitatē mortis. ꝫ in totū genus humanum reatum diffuderit. nō est tamen putandū grauiꝰ fuisse pctō in spm̄sctm̄. qō neꝙ hic neꝙ in futuro (vt ꝟitas ait) dimitiꝝ. Q ꝟo totā humanā naturā corrupit. nō iō ē qꝫ guius fuerit cūctis alijs pctis. ꝑ ḡa ab hoie cōmissum ē. qñ i vno hoie tota humana natura consistebat. et ideo tota in eo corrupta ē. Maiorēꝙ effectū mali intulit quā tū ad multiplices defectꝰ ꝙ ex eo manauerꝝ ꝑ nō ꝙtū ad penā eternā. qm̄ grauiorē non meruit. quā plures postea meruerūt ꝑ alia peccata. imo alios grauiorē ꝓmeruisse credimus iram ꝙ adam meruerit.

In quo bus it maiꝫ fectum in quo r rem.

An illud peccatū sit primis dimissum parentibus. b

Si vero queritᷣ an illud peccatū fuerit dimissum ꝑmis parentibus? Dicimus eos per penitentiā veniā consecutos. Añ Aug⁹. in lib. de baptismo puuloꝝ ait Sicut illi primi parētes postea iuste viuēdo credunt ꝑ dñi sanguinē ab extremo liberati suplicio. nō tñ i illa vita meruerunt ad paradisum reuocari. sic et caro peccati etiam remissis peccatis. si bō in ea iuste vixerit. nō ꝯtinuo meretur eaz mortē nō perpeti. quā traxit de ꝓpagine peccati.

Q ꝑctā parentū visitant in filios. ⁊ q nō sunt aduersa que de⁹ dicit i Exodo et in ezechiele. i

Et licet peccatis parentuz nisi ade puuli nō obligent. nō est tñ diffitendū peccata parentū i filios redūdare. sicut dñs in Exo. ad Moysen ait. Ego sum de⁹ fortis zelotes visitās iniq̄tates patrum in filios vsq; in tertiam et quartaz generationez his qui oderūt me. His verbis apte insinuatur q deus reddit peccata patruz sup filios tertios ⁊ quartos. Huic aūt videtur aduersari quod dñs ait in ezechiele. Quid ē q inter vos pabolam vertitis in puerbium istud dicentes ꝓartes comederunt vnaz acerbā et dentes filioꝝ obstupescunt. Viuo ego dicit dñs. si erit vob vltra parabola hec in puerbium in isrl. Ecce omnes anime mee sunt. vt aia ꝑris. ita ⁊ aia filij mea ē. Aia que peccauerit ipsa morietur Fili⁹ nō portabit iniq̄tatē patris. ⁊ pat non portabit iniq̄tatē filij. Justicia iusti sup eū erit. ⁊ impietas impij erit sup euz. His verbis videt de⁹ corrigere ꝑ ꝓphetaz q male dixerit in lege. Si em̄ pctā patruz reddit in tertiā ⁊ quartā generationē. iniusticia videtur dei esse vt alius peccet ⁊ alius puniatur Quo em̄ iustum est alium peccare. ⁊ alium peccata lugere?

autoritas ebiet q̄ vlō aduersari l.

Determinatio ꝓmissarū auctoritatū ꝓuenientiā ostendens. k

Sed vt ait Hieronym⁹. Me lex ⁊ ꝓphete. i. Exod ⁊ Ezechiel imo ipse de⁹ q̄ ⁊ h ⁊ ibi locut⁹ ē in sententijs discrepare videant. attēdam⁹ finem illius auctoritatis Exodi. Dicto em̄ reddo iniquitates patrū in filios. addit. his qui oderunt me. ꝑ quod euidenᷣ ondit. nō ideo puniri filios. q; peccauerūt patres. ꝫ q; eis similes quodā hereditario malo deū oderūt Illud ergo quod in Exod. dñs dicit. sicut Hiero. tradit. non id sonat quod multi estimant. nec est simile huic ꝓuerbio. ꝓatres comederūt vuā acerbā ⁊c. Illud em̄ Exodi. Hiero. sup Ezech. et Aug⁹. super ꝓs. Deus laudē meaz ne tacueris. de filijs pcata patrū imitantib⁹ accipiendū cēsent. sup quos dr deus reddere peccata patrum quia punit eos. eo q imitant peccata patr̄ nō quia p̄es peccauerunt. Non ita q; corrigit deus in ꝓpheta. qđ ante dixerat in lege. sed quo intelligendū si apit. Añ ⁊ illos q̄ ꝓaue intelligebāt arguit q̄ dicebant. ꝓatres comederunt ⁊c.

Hiero.

Quare dixerat in tertiā ⁊ quartaz generationem. ⁊ quare patres tm̄ cōmemorauit. l

Veruntamen si de imitatoribus malorum illud accipit. quare tertiam ⁊ quartam generationē tm̄ commemorauit. cum in qualibet generatione rei teneantur. qui peccata patrū imitantur. et q̄re patres comemorauit. cum ⁊ illi oēs mali sint. qui quoꝝlibet malorum peccata imitantur? Sed ido patres specialiter nominauit quia maxime p̄es filij imitari solent. quos ꝓcipue diligūt. Et tertiam ⁊ quartam generationem ideo commemorauit. q; solent parētes interduz tādiu viuere donec filios tertios ⁊ q̄rtos habeāt. q̄ patr̄ iniq̄tates videntes: eorū impietatis heredes ꝑ imitationem efficiuntur. Scdm hunc modum recte intelligitur ad litteram quod in Exodo dicitur.

Solutio.

Quo illud Exodi intelligi debeat sm̄ mysterium. m

Quod etiaz mystice intelligendū eē ostendit ex eo q pabola dr. Si em̄ pabola ē. vt ait Hiero. aliō verbis sonat. aliud sensu ꝯtinet. Añ aliq̄ ita edisserūt. ꝓatrē in nob eē dicūt: leuē pctū sensuum. s. primū motum suggestionis vel cogitationis Filium vero si cogitatio cōceperit peccatuz in quo notatur consensus. ⁊

Hiero.

delectatio mulieris. Nepotem. si quod cogitaueris atq; concepis. ope compleueris. vel complere decreueris. in quo notat consensus viri siue patratio peccati. Pronepotem aut si nō solum feceris sed in eo glorieris. et hec est quarta generatio. non q; tres pcesserint. sed quarta dicit. quia quarto loco a primo motu qui est quasi pater. enumeratur. Deus ergo primos t secūdos stimulos cogitationū quos greci propatheis vocant. sine quib⁹ nullus hominū esse pōt: nō puniet eternaliter. Sed si cogitata quis facere decreuerit. et que fecit corrigere noluerit. que sunt mortalia peccata t tertia t q̄rta generatio.

Per quid pbatur q; primus mot⁹ non puniat eternaliter. n

Ad probanduz vero vt ait Hiero. q; p̄mus pulsus cogitationis nō puniat eternaliter a deo. illud ꝺ Genesi afferendum est. Cham em̄ peccauit irridens nuditatē patris. et sententiaz nō ipse sed filius eius chanaan accepit. Maledictus chanaan seruus erit fratrū suoz. Que em̄ iusticia est. vt pater peccauerit t fili⁹ punitus sit? Sed in mysterio illud dictū est.

Ista est distinctō. xxxiij. hui⁹ secū

di libri. In qua magister poit̄ egit de peccati originalis q̄ditate traductione t remissione. agit de ei⁹ in posteros augmentatione. Et tria facit. Nam primo inquirit an omnia peccata parentum paruulis imputātur. Secundo an peccatum ade fuerat grauius ceteris peccatis. Tertio an peccata parentum etiam puniant in filijs. Primum facit a principio distinctionis vsq; ibi. Dic queri solet. Secundum vsq; ibi Et licet peccatis. Tertium vsq; ad finem distinctionis. Et tātum in generali In speciali sententia magistri stat in tribus pposition⁹. quarū prima est hec. Quāuis primis parētibus plura possint peccata assignari. tamen paruulis precise vnum peccatum imputatur. et nō plura originalia. Hanc magister pbans querit Vtrum actualia peccata aliorum parentuz imputent filijs. sicut peccatum primi parentis. Et arguit q; sic Primo per autoritatē Exo. xx. vbi dicit q; deus visitat peccata patris in filios vsq; ad tertiam t quartā generationem. vbi etiam sequi videt q; plura peccata contrahunt ab origine vnum. Quod confirmat p illud p̄s. Ecce em̄ in iniquitatibus conceptus sum. t in pec. t̄. Ubi peccatum originale exprimitur pluraliter. Deinde arguit in contrarium. Nam si peccata parentuz paruli contraherent ab origine. sequeretur q; pena paruloz̄ in hmōi solum morientium non eēt mitissima. Cuius tamen oppositum dicit Augustin⁹. Et magister ad questionem respondens dicit peccata actualia aliorum et etiam primorum parentum nō contrahere paruos ab origine. Et q̄uis quedam autoritates beati Augustini videntur hoc sonare tamē beatus Augustinus nunq; inuenitur hoc determinatiue posuisse. Nec obstat dictum p̄s. allegatum. quia fm morem sacre scripture aliquando significare exp̄mitur pluraliter t econuerso cui⁹ exempla patent in textu. Uñ patet q; nulla peccata parentum filijs imputantur nisi que ab eis p originem contrahuntur.

Secunda propositio est hec. Peccatum in obedītie primorum parentum nō fuit grauissimum omniuz peccatorum. Hanc magister probans querit. Utruz peccatuz ade fuit grauius ceteris pctis. Et rñdet q; q̄uis quibusdam sic videatur. eo q; totam naturam corrumpebat et malus nocumentum q̄ quodcūq; aliud peccatū inferat. Teneri tñ potest q; ceteris omnibus grauius non fuit. eo q; non fuit grauius peccatis in spiritū sactum. Quod patet ex hoc q; ade suuz peccatum est remissum. sed peccatum in spiritumsanctum non remittitur in hoc seculo ncq; in futuro. t q; peccatuz ade totam naturam corrumpebat hoc non fuit ratione sue grauitatis. sed ideo quia ab homine comitebatur in quo tota natura simul existebat. intulit etiā plura t maiora mala q̄ alia peccata sequentia nō q̄tum ad penam eternā. sed solum q̄tum ad multiplices defectus ex ipso plus q̄ ab alijs peccatis secutos. Tertia propositio est hec. Peccata parentum minime in filijs puniunt nisi quibus eos imitando sequunt. Hanc magister pbans querit. Uūo peccata parentum in filios visitent. Cum tamen dicatur in Ezech. Filius nō portabit iniquitatem p̄ris. Et respondet q; solum illa peccata parentum visitantur. i. puniuntur in filijs in quibus filij suos parētes imitātur. Sed in Ezech. solum loqui de his peccatis in q̄bus filij paterne malicie imitatores non existunt. Et tñ in speciali.

Que de peccato anima duertenda sunt. a

Post predicta DI. XXXIII de peccato actuali diligēti indagine quedam considerāda sunt. s. que fuerit origo et causa primi peccati. vtruz res bona an res mala. Postea in qua re sit pctm̄. Deinde quid sit pctm̄. et q̄t modis fiat. et ꝺ differentia ipsoruz peccatoz.

Que fuit origo et cā pcti p̄ma. b

Causa t origo prima pcti res bona extitit. q; aī p̄mū pctm̄ nō erat aliq̄d mali vñ oriret. Cū em̄ originē et cām habuerit. aut ex bono aut ex malo habuit? Sed malū aī nō erat. ex bono ḡ ortuz ē. Malus em̄ in āgelo ortū ē pctm̄ t postea i hoīe. Et q̄d erat angelus nisi bona natura dei? Nō ex deo ortum est malum quod fuit in angelo. nō ex alio q̄ ex āgelo. ex bono ḡ ortū ē. Uñ Aug⁹. in rñsionib⁹ ꝺ iulianū hereticū qui dixerat. Si ex natura pctm̄ ē. tūc mala est natura. ait. Queso vt si potest. respondeat. Manifestuz ē ex volūtate mala

tanq̃ ex arbore mala. fieri omnia opa mala tanq̃ fructus malos. sed ipsam malã volũtatem vnde dicit exortã nisi ex bono. Si ei ex angelo. quid est angelus nisi bonũ opus dei? Si ex hoie. quid erat ipe homo nisi bonum opus dei? Immo q̃d erãt hec duo añq̃ in eis oriret mala voluntas. nisi bonum opus dei ⁊ bona ⁊ laudanda natura Ergo ex bono orit malũ. nec fuit vnde oriri posset. nisi ex bono. Dico ergo quia voluntatẽ malam nullum malum p̃cessit. sed ex bono originẽ habuit. Hic apte dr primã causam et originem mali bonã fuisse naturã. Et nihilomin⁹ ostendit cui⁹ peccati fuerit causa scz male voluntatis.

Q̃ mala voluntas secundaria causa fuit malorum. c

Mala autem volũtas illa angeli ⁊ hominis causa est etiã malorum subsequentiũ. s. malorũ operũ et malarum volũtatũ. Añ Aug⁹. in ench. Neq̃q̃ dubitare debemus reruz bonaz que ad nos ptinent causam nõ esse nisi bonitatem dei. Malarũ vo ab imutabili bono deficientem boni mutabilis voluntatem. prius angeli. postea hois. h̃ primũ est creature rationalis malũ. i. prima priuatio boni. Ecce habes p̃mã voluntatẽ boni mutabilis. id ẽ angeli vel hominis deficientez ab immutabili bono. i. a deo causam esse malaz rerum ad nos ptinentiũ. qz causa ẽ tam pctõruz q̃ penarũ quib⁹ p̃mit humana natura. Oria ergo origo et causa peccati bonũ fuit ⁊ secũda malũ quod ortũ est ex bono.

augusti.

In qua re sit peccatuz. an in bona an in mala. et dicitur quia in bona tantum. d

Ostẽsa origine mali. supest videre in qua re sit malũ. i. an in re bona. an i re mala? Qui recte acuteq̃ sapit non nisi in bono malũ esse intelligit. i. in natura bona. Malũ enim est corruptio vel p̃uatio boni. vbi aũt bonũ nõ est. nõ põt esse corruptio vl priuatio boni. Pctm̃ ĝ nõ potest esse nisi in re bona. Sicut eñ morbis ac vulneribus corrumpunt corpa. que (vt ait Aug⁹. in ench) sunt priuatiões boni quod dr sanitas. ita et aio q̃cũq̃ sunt vitia. naturaliũ sunt p̃uationes bonorum. Quid est eñ aliud q̃d malum dicit. nisi priuatio boni. bonuz eñ minui malũ ẽ. q̃uis q̃tũcũq̃ minuat necesse est vt aliq̃d remaneat. si ad huc natura est. Nõ eñ p̃sumi põt bonũ qd est natura. nisi ⁊ ipa p̃summat. Cũ vo corrumpit. ideo malũ est eius corruptio. quia eam q̃licũq̃ priuat bono. Nã si nullo bono priuat. nõ nocet. Nocet aũt. adimit ĝ bonũ Quãdiu itaq̃ natura corrũpit. inest ei bonum quo priuet. Ac p hoc nullũ est qd dicitur malum. si nullum sit bonũ. sed bonuz oñino malo carens. integrũ bonũ est. Cuz vo inest malum: vitiatũ vel vitiosuz bonũ est. nec malũ vnq̃ potest esse vllum vbi est nullum bonũ. Unde res mira p̃icit. vt qz oñis natura in quantuz natura est bonum est. nihil aliõ dici videt. cuz vitiosa natura est mala natura esse dr. nisi malum esse qd bonum est. nec malum esse nisi quod bonũ est. Hac p̃textione euidenter insinuat malum non posse esse nisi in re bona. vbi etiam licet absurduz videat manifeste dr esse malum. qd bonum est.

Q̃ exp̃emissis sequitur scz q̃ cum dicitur malus homo. dicit maluz bonum. e

Ex quo colligit nihil aliud significari cũ dicit homo mal⁹ nisi bonum malum. Unde Aug⁹. in eodez subdit. Quid est malus homo nisi mala natura? Quia homo natura est. Porro si homo aliquod bonum est. quia natura est. q̃d aliud est malus homo. nisi malum bonũ. Tñ cum duo ista discernimus. inuenimus nec ideo maluz. quia homo est. nec ideo bonũ quia iniquus est Sed bonũ q̃a homo. malum quia iniquus. Dis itaq̃ natura etiam si vitiosa sit. in q̃tũ natura est bona ẽ. in q̃tũ vitiosa est. mala est.

// Q̃ regula dyaleticorum de contrarijs fallit in his scilicet bono et malo. f

Ideoq̃ in his contrarijs que mala ⁊ bona vocantur. illa dyaleticorum regula deficit. qua dicũt nulli rei duo simul in esse ptraria. Null⁹ eñ potus aut cibus simul dulcis est ⁊ amar⁹. Nullus simul vbi albũ ibi et nigrũ. ⁊ hoc in multis ac pene in omnibus repit contrarijs. vt in vna re simul esse nõ possunt. Cum autẽ bona et mala nullus ambigat esse contraria.

non solū simul esse possunt. ꝫ mala oīno sine bonis ⁊ nisi in bonis esse nō possunt. Et hec duo contraria ita simul sunt. vt si bonū non essz in quo esset. ꝓsus nec malum esse potuisset. Quia non modo vbi consisteret. sed vnde orietur corruptio non haberet. nisi esset quod corrumpetur. qm̄ nihil est aliud corruptio. q̄z boni exterminatio. Ex bonis ergo mala orta sunt. ⁊ nisi in bonis non sunt. nec fuit prorsus vnō orietur vlla mali natura. nisi ex ãgeli ⁊ hominis natura bona. vñ primit⁹ orta est volūtas mala.

Epilogū facit ad alia trãsitur⁹. g

Exhis aperit̃ quod ꝓmo ⁊ secūdo supra inuestigandū diximus scz que fuerit origo mali. ⁊ in qua re sit. Ex bona em̄ re ortum. ⁊ in re bona cōsistere p̄missis testimonijs ꝓbat̃.

Sententie illi qua dictuz est bonū esse malū opponitur de prophetia que ait. Ue his qui dicunt bonuz malum. h

Adhoc autē quod dictū est malū esse quod bonū est. quidā sic oponunt. Si bonū maluz esse dicim⁹. inci dimus in illā sententiā ꝓphetica vbi legit̃ Ue his qui dicunt bonum malū. et malum bonū. Igit̃ si banc maledictionē vitare vo lumus. nullatenus dicere debemus bonuz esse malum. ⁊ ecōuerso. Hoc aūt Augustinus in eodē libro determinat dicens. id qđ dictum est in ꝓphetia inteligenduz esse de ipsis rebus q̄bus homīes mali sunt. nō de hominib⁹. Unde qui adulteriū dicit bonū in eū cadit illa ꝓphetica detestatio. ⁊ in eū qui dicit malū esse bonū vel bonum esse iniquum. Qui em̄ dicit hoīem inquantū hō ē malū esse. ⁊ bonitatē esse iniquitatez. opus dei culpat quod est homo. ⁊ vitiū hominis laudat qđ est iniquitas.

De termiatio Augustini.

Ista est distinctio. xxxiiij. h⁹ scdi libri. In qua magister posq̄ egit de peccato actuali primorum parentum quo persona corrumpit naturā et de peccato originali quo natura corrumpit personam. Incipit agere de peccato actuali adultorum. quo persona corrumpit seipsam. Et tria facit. Nam primo inquirit a quo sit malum. Secundo in quo sit subiectatū. Tertio infert quoddam sequens correlarium. Primum facit vsq̄ ibi. Ostensa origine mali. Secundum vsq̄ ibi. Ideoq̄ in his contrarijs. Tertium vsq̄ ad finem distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus quarū prima est hec. Malum primum quo deturpatus fuit primus homo non processit neq̄ originabatur nisi a bono. Hanc magister probans dicit sententialiter q creature rationalis primum peccatuz proprie nō habuit causam efficientē. sed voluntatem obliquaz contra regulam iusticie defectiue eligentem. Naz dicit q origo ⁊ causa primi peccati non fuit malum sed tantū natura bona et incorrupta. sed aliorum malorum. id est peccatorum sequentiū extitit primo voluntas mala. nam iste fuit ordo ingressus mali in munduz quia bona natura fuit causa prime voluntatis male. ⁊ prima voluntas mala causa fuit sequentium prauarum voluntatum ⁊ malorū opez. Uñ patet q origo ⁊ prima causa peccati fuit bonū. Prima autē et secūdaria causa fuit mala voluntas que ortū habuit a bono. et hāc ꝓbat autoritate beati Augustini in enchiridion // Secunda ꝓpositio est hec. Tam malum culpe q̄ malum pene non pōt esse nisi subiectiue sit in re bona. Hanc magr̄ ꝓbans dicit q subiectū mali nō nisi res bona esse pōt. Nā malū nihil aliud est q̄ corruptio boni. cū ergo vbi non est bonum non possit esse priuatio boni ꝙsequens est. malum non nisi in bono subiectari. vñ sicut morbi et vulnera requirunt corpa in quo sunt vt in subiecto. sic malū est in re bona vt in subiecto. Unde concludit q cum dicit̃ homo malus. idem est ac si diceret. bonū malum et hoc confirmat autoritate beati Augustini. // Tertia ꝓpositio est hec. Ex quo fallitur dialeticorum regula que dicit q in eadez re non possunt simul ⁊ semel existere contraria. Hāc magister probans dicit q bonum et maluz sunt in eodem simul. eo q malum in bono subiectatur. et malū a bono originatur. qđ non pōt dici de alijs cōtrarijs puta albo et nigro. dulci et amaro Postea soluit qđdam dubiuz. nā superius dictū fuit q dicere hominē malum et dicere bonum malum. et p hoc homo incideret sententiam prophetica qua dicit̃. Ue qui dicitis bonum malum et malū bonum. Quod soluit ex verbis Augustini dicētis q causa qua bonus fit malus puta fornicationem vel aliud hmōi dicere bonā hoc est incidere sententiam ꝓphete. sed hominem q̄ natura est bonus dicere malum propter vitium prophetie nō contrariat̃. Et tantum in speciali de sentētia huius distinctionis.

Quid sit peccatum. a

Dist hec vidē dū ē qđ sit pctm̄. ꝙctm̄ est (vt ait Aug⁹) oīe dictum vel fm̄ vel ꝙcupituz qđ fit ꝙtra legem di. Idē in lib. de duab⁹ aialib⁹ ꝙctm̄ ē volūtas retinēdi vl̄ ꝙsequēdi. qđ iusticia vetat. Jn vtraq̄ assignatiōe ꝺ actuali pctō agit̃ ⁊ mortali. nō ventali. Ex ꝓma descꝛptiōe oñdit̃ pctm̄ esse volūtas mala siue locutio ⁊ opatio prava. i. act⁹ malꝰ tā interior q̄z exterior. ex alia ꝛo tm̄ oñdit̃ eē act⁹ interior. Uolūtas em̄ vt in superioribꝰ dm̄ ē. motꝰ animi ē. actꝰ g̃ interior ē. Amb. q̄z i li. ꝺ padiso ait. Quid ē pctm̄ nisi legi diuine p̄ua ricatō. ⁊ celestiū iobediētia p̄ceptoꝝ Ergo i p̄uaricāte pctm̄ ē. ꝫ i mādāte culpa nō est. Nō em̄ ꝙsistēt pctm̄ si inobdictio nō fuisset. Nō ꝙsistēte aūt pctō nō solū malicia. ꝫ etiā vt⁹ fortasse nō esz Que nisi aliq̄ malicie fuissent semia. vl̄ sꝑsistē vl̄ emincre nō posset Ecce p̄uaricationē legis ⁊ i obediētiā diffinit ambrosius esse peccatū.

DIXV Augꝰ a ad stum. Ambꝰ

Diuersorum sententias de peccato ponit. b

Quocirca diuersitatis

Triplex opin de pctis.

huiꝰ verboꝝ occasione. de pctō plurimi diuersa senserunt. Alij em̄ dixerunt voluntatem malam tm̄ esse pctū. et non actus exteriores. Alij voluntatē ⁊ actus. alij neutrum. dicentes oēs actꝰ eē bonos ⁊ a deo ⁊ ex deo auctore esse. Malū aūt nihil est. vt

Malū nihil ē

ait Augꝰ. sup Johem. Oīa p ipm facta sūt. ⁊ sine ipo factū ē nihil. i. pctm̄ qđ nihil est. ⁊ nihil fiunt hoies cū peccāt. Supra etiam dixit Augꝰ. q malū est ꝓuatio boni vel coꝛruptio boni. qui etiā in li. lxxxiij. q. ait. Sūmuꝫ malū nullū modū habet caret em̄ oīi bono. At modus aliqđ boni ē. nō igit est. quia nulla specie continet. totūq; b nomen mali de speciei priuatione repertū est. Item in dogmatibꝰ ecclesiasticis dicit malū vel maliciā nō esse a deo creatā sed a diabolo inuentā. qui ⁊ ipse bonus creatus est. Idem etiam in lib. cōtra manicheos qđ sit pctm̄ oīdit dicens Peccare qđ aliud ē nisi in veritatis p̄ceptis vel in ipsa veritate errare. Quod si nō voluntate faciunt. peccatoꝛes iniuste iudicant. Quid ergo in hac tanta varietate tenendū? qđ dicendum?

Vera sua de pctō ꝓponit. c

Bene dici potest ⁊

libere tradi debet. pctm̄ esse actū malum interioꝛem ⁊ exterioꝛē. s. malam cogitationez et locutionē ⁊ operationez. Precipue tm̄ in voluntate consistit peccatum. ex qua tanq; aꝛboꝛe mala ꝓcedūt opera mala tanq; fructus mali.

Traditio quoꝛundam qui dicunt voluntatem malam ⁊ actum inq;tum sunt. esse naturas ⁊ ideo bona inq;tū vero mala sunt. esse pctā d

Quidam autem di

ligenter attendentes verba Aug. quibꝰ supra ⁊ in alijs scripture locis vtit. non indocte tradunt voluntatē malā ⁊ actus malos inq;tum sunt vel inq;tum actus sunt. bona esse. inq;tum vero mali sunt: peccata esse. q voluntatem et actum quēcunq; bonam dei naturam esse dicunt. inq;tum actus est vel voluntas. et ex deo auctoꝛe esse. inq;tuz veꝛo inordinate ⁊ ꝓtra legem dei fit. ⁊ fine debito caret: peccatū est. ⁊ ita inq;tum peccātum est. nihil est. Nulla em̄ substantia est. nulla ntaura est.

Autoꝛitatibus probant volūtates ⁊ actus omnes esse bona, inq;tum sunt. e

Q; autē voluntas

oīis ⁊ actio bonū sit inq;tum est. ex eo pbant quod ait Augꝰ. in lib. de. lxxxiij. questionibus. Deus boni tantūmodo causa ē. quocirca mali auctoꝛ nō est. quia omniuz q̄ sunt auctoꝛ est. que inq;tū sunt. intm̄ bona sunt. Idem pbans nihil casu fieri in mūdo ait in codez. Quicqđ casu fit. temere fit. ꝗd quid temere fit. non fit dei puidētia. Si q casu aliq̄ fiunt in mūdo. nō puidētia vniūsus mundus amministrat. Si nō puidētia vniuersus mūdus amministrat. aliq̄ natura vel substātia ē que ad opꝰ puidentie nō ptinet. Oīe aūt qđ est inq;tū ē. bonum est Summū em̄ est illd bonū. cuiꝰ pticipatiōe sunt cetera bona. ⁊ oīe qđ mutabile ē. non p se. sed boni illiꝰ pticipatiōe inq;tū est. bonū est. qđ diuinā etiā puidentiā vocamus Nihil q casu fit in mundo. His testimonijs innitunt ad ostendēduz oīe quod ē inq;tū est. bonū esse. Añ idem Augꝰ. in. j. li. de doctrina xp̄iana ait. Ille summe ac p̄mitus ē. q omnino incōmutabilis ē. et cetera q̄ sunt nisi ab illo esse non p̄nt. et intm̄ bona sunt. inq;tum acceperunt vt sint.

Quid ex predictis sequat. f

Ex p̄dictis colligit

atq; inferꝝ. q si mala volūtas ⁊ mala actio est. inq;tū est. bona ē. Sed qs est q diffitet malā volūtatē eē ⁊ malā actionē? Mala q volūtas siue actō inq;tū ē. bonū ē. ⁊ inq;tū volūtas ē vel actio. bonū silr̄ ē. ex vitō mala ē. qđ vitiū a deo ñ ē. neq; aliqđ ē. Qđ Augꝰ. notasse videt in lib. de. lxxxiij. q. dicens. Vitium est volūtas quo est homo deteriοꝛ. quod vitiū longe abest a voluntate dei. vt ratio docet. Ex hoc loco pbant voluntatez inquātū vitiosa est. non esse a deo et inquantuz vitiosa est. pctm̄ est. Et pctm̄ est (vt aiunt) inquātum non habet oꝛdinez nec finem debitum. Ita et actio inquantuz ex malo ꝓcedit: et oꝛdinem non habet. et ad malum tendit.

De vitio voluntatis.

Alia pbatio q̄ omnis actꝰ inq̄tuz est. bonus est. g

Jtē ⁊ aliter probāt oēm actum interiorē vel exteriorē inq̄tū ē esse bonū. quia nō essz actus malꝰ nisi esset res bona. qz non est aliqua res mala nisi ea dem res bona sit. Vñ Augꝰ. in ench. Omnis natura bonū est nec res aliqua mala esset. si res bona ipsa que mala est. natura nō esset. Nō ergo potest esse malū nisi esset aliquod bonum. Quod cū ⁊ ici videat absurde. cōcepto tñ ratiocinationis nos compellit hoc dicere. Expmissis testimonijs asserunt oēs actus inq̄tuz sunt: esse res bonas. nec aliquid esse malum. id est peccatū nisi idem quoq; fm aliquid bonū sit. ⁊ omnium que sunt: inq̄tum sunt deū auctorē p̄ dicant. ⁊ eiꝰ voluntate oīa eē q̄cūq; sunt. que inq̄tum sunt nature sunt.

Aug⁹ ench.

Summā predictoꝝ p̄trin git.

¶ Obiectio contra illos qui dicūt omnes actus inquātū sunt esse bonos. h

Quibus opponit Si oīa que sunt inq̄tuz sunt: bona sunt ⁊ nature sunt. ergo adulteriū et homicidium et similia inq̄tum sunt. bona sunt ⁊ nature sunt. ⁊ deo volente fiunt. Quod si est. tunc illi qui faciunt illa: bona agunt. quod penitus absurdum est. His ꝯo sic illi respōdēt Dicunt equidem adulteriū. homicidiuz et hmōi. nō simplicit actus denotare. ſ actuum vitia. Actusq; ipsos adulterij et homicidij inq̄tum sunt vel inq̄tum actus sunt a deo esse. ⁊ bonas naturas esse. sed non inq̄tum adulterium ⁊ homicidiū sunt. Et ideo nō sequi dicūt. si actꝰ qui homicidia ⁊ adulteria sunt a deo sunt. q̄ homicidia ⁊ adulteria a deo sint.

Rñsio illoꝝ

Alia illoꝝ oppositio contra eosdem i

Jtem aliter eis opponit. Si aliquid nō est malū quod nō sit natura vl̄ res bona. qūo ergo peccata sunt nō credere in deū. nō ire ad ecclesiā ⁊ hmōi cū ista nō sint nature. imo oīno non sunt? Nō est em̄ aliquid vel res aliqua nō ire ad ecclesiā. vel non credere ⁊ hmōi. Ad quod dicūt his atq; hmōi dictionibus que videtur p̄uationes simpliciter notare ⁊ nihil ponere. quia p negationē dicunt vere aliqua poni actusq; p eas significari. Nō credere em̄ in xp̄m incredulitatē dicunt. et nomine incredulitatis malū mentis actū significari Jam etiam cū dicit nō ire ad ecclesiam malum est. non euntis ꝓtemptus significat. id est. voluntas mala vel propositum. hoc est em̄ declinare a bono ⁊ ideo malū est. sic ecōuerso declinare a malo bonū est Sicut g̃ declinatio a malo aliquid ponit scz voluntatem et ꝓpositū vitandi malum. Non enim potest esse bonū qđ omnino nihil est. ita declinatio a bono quod est significat scz volūtatem et ꝓpositum mali. Et fm hoc vera ē ⁊ generalis illa peccati mortalis descriptō quā supra posuit Augꝰ.

vt credere deum ⁊ ic

Rñsio vbi ⁊ inq̄tuz peccatum esse p̄uatio boni. non tñ pena.

Rñsio vbi tradūt q̄ dicūtur p negationez aliq̄d ponere

Vtrum malus actus inq̄tum peccatum est sit p̄uatio vel corruptō boni. k

Potest etiam queri ab eisdez. cum peccatū sit (vt supra dictū est) p̄uatio vel corruptio boni. et oīs actꝰ malus sit pctm̄. vtrū sit p̄uatio vel corruptio boni inq̄tum pctm̄ est vl̄ nō? Si enim inq̄tū pctm̄ ē corruptio boni est. cū corruptio vel p̄uatio boni pena sit homini. Inquātū g̃ pctm̄ ē: pena ē. Qđ si est. tūc inq̄tū pctm̄ est. bonū esse videt ⁊ a deo eē. Si aūt nō inq̄tū pctm̄ ē. corruptio ē: querit g̃ fm quid corruptio sit? Si em̄ corruptio ē ⁊ nō inq̄tū pctm̄ est. cū nō sit nisi bonuz. p̄terq; in eo qđ pctm̄ est. ergo inq̄tum bonum est corruptō vl̄ p̄uatio boni ē. Ad qđ etiaz ipsi dicunt actū malum nō inq̄tum est neq; inquātū bonū est. esse p̄uationem vel corruptionē boni. scz inq̄tū pctm̄ ē. nō tñ inq̄tuz pctm̄ est: pena est. vel aliquid qđ a deo sit. Ut em̄ ex vbis premissis Augusti. colligit pctm̄ dicit corruptio vl̄ p̄uatio actiue nō passiue. Nā ideo malum vel pctm̄ dr corruptio boni. quia naturā bonā qualicūq; p̄uat bono. Nā si nō p̄uat aliq̄ bono. nō nocet. vt supra Augꝰ. ait. Nocet aūt? adimit g̃ bonū Nō aūt nocet nisi inq̄tū ē. g̃ inq̄tū pctm̄ est p̄uat bono. Jtaq; inq̄tū pctm̄ ē p̄uatio est vel corruptio boni.

Quomodo inquātū peccatum est possit corrumpere bonum cum nihil sit. l

Sed cum nihil sit ī quātū pctm̄ est. qūo pōt bonū corrumpere

Ro Aug. vel adimere? Aug⁹ te hoc docet in libro ō
g⁹ tudinem natura boni dicēs. Abstinere a cibo nō est
aliqua substātia. tñ substātia corpis si om
nino abstineat a cibo ⁊ languescit et frāgit
Sic nō est suba pctiñ. eo tñ natura aīme
corrumpitur.

Q⁹ peccatuz ꝓprie corruptio ē aīe. ⁊ quomodo. m

Peccatuz vero id

est culpa. ꝓprie anime corruptio ē. Si aūt
queriť i quo possit corrūpi anima? In pa
rabola illi⁹ q̄ incidit in latrones q̄ euz vul
nerauerūt ⁊ spoliauerūt claresćit. Incidit
eñ homo in latrones. qñ p peccatū in po
testatez diaboli trahiť. ⁊ tūc p p tñ expo
liatur gratuitis bonis. i. virtutibus. ⁊ in na
turalibus bonis vulnerať. quesūt ratio ⁊
itellectus. memoria ⁊ ingenium et hmōi. q̄
p peccatū obtenebrant ⁊ vitiāť. ꝑ pec
catum etiā ꝓriuať illo bono cui⁹ participa
tione cetera bona sunt. q̄ tāto magis ꝓuať
quāto magis se ab eo elongat.

Qualiter homo se elongat a deo. scz per dissimilitudinem quā facit peccatum. n

Ab eo autem se elō

gat homo per peccatum non loci distantia
quia vbiq̄ totus ⁊ pēsens est oīmbus ⁊ om
nia in ipso sunt. vt ait Aug⁹ in li. ō. lxxxiij.
questi. ⁊ ipe locus nō est. Locus tamē dei
abusiue dicitur templum dei. nō q̄ eo con
tineať. sed quod ei ꝓsens sit ⁊ inhabitās.
id aūt anima munda intelligiť. ꝑ pecca
tum ergo non ꝑm locum aliquis longe fit a
deo. et in eo lōge fit. q̄ ab eius similitudine
recedit. ⁊ tanto longius quāto fit dissimili
or. Illa aūt vt ait Aug⁹ in li. de. lxxxiij. q.
que participatione similia sunt deo. recipi
unt dissimilitudinē. At ipa similitudo nul
lo modo ex aliqua ꝑte potest esse dissimilis
Unde fit cuz similitudo patris filius sit ex
nulla parte patri possit esse dissimilis. cui⁹
ticipatiōe similia sunt. quecūq̄ deo simi
lia sunt. ⁊ illa possunt recipe dissimilitudi
nem. Nihil ē aūt qđ hominē adeo deo dis
similem faciat quēadmodū peccatum. Cū
aūt peccatū sit ꝓriuatio vl corruptio boni
que est in anima. est etiaz ꝓuatio vel corru
ptio boni corpis. Sicut corp⁹ hominis ꝓ
uauit būficio illi⁹ imortalitatis ⁊ impassibili
tatis quā habuit añ peccatum.

An pena sit ꝓuatio boni. o

Queri autem solet

vtrum ⁊ pena sit ꝓriuatio vl corruptio bo
ni? Ad quod facile respōderi pōt. si p̄dicta
ad memoriam reuocentur. Diximus enim
supra ꝓriuationē vel corruptiōez boni ac
cipi actiue vel passiue. i. ꝑm efficientiaz vel
effectum. Ideoq̄ ꝓuatio vel corruptio bo
ni dicit ⁊ peccatū ⁊ pena. sed peccatuz ꝑm
efficientiam. quia ꝓriuat vel corrumpit bo
num. Pena aūt ꝑm effectuz. i. ꝑm passionē
que est effectus peccati. Aliud ē eñ culpa
aliud pena. Alterum est dei. i. pena. alterū
diaboli vel hois ē. i. culpa.

Ista ē distinctio. xxxv. huiⁱ secū

di libri. In qua magister ostēsa causa mali seu pecca
ti. agit ō ipsius peccati quidditate. Et tria facit. Nā
primo ponit secūdarias peccati diffinitiones. Secū
do ostendit diuersam de ipso opinionez. Tertio sub
dit multiplicem contra veritatem obiectionem. Pri
mum vsq̄ ibi. Quo circa diuersitatis. Secūdū vsq̄
ibi. Quidam aūt. Tertium vsq̄ ad finez distinctiōis
In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositio
nibus. quaruz prima est hec. Peccatū diuersimo
de a diuersis doctoribus diffinitur. Hanc ꝓbās ma
gister ponit tres peccati diffinitiōes. Prima est bea
ti Augustini in epistola ad Faustum dicentis. q̄ pec
catum est dictum vel factum vel concupitum contra
legem dei. Secunda est eiusdē alibi dicentis. Q̄ pec
catum est voluntas retinendi vel consequendi qđ iu
stitia vetat. Quarum vtraq̄ solum cōuenit peccatis
actualibus mortalibus ⁊ nō venialibus. sz ꝑma ha
rum conuenit peccatis ꝑut tam in exteriori actu q̄
etiam in interiori existunt. Secunda diffinitio pecca
tis ꝑut solum p actum interiorem cōmittunť. Ter
tia diffinitio est beati Ambrosij in libro suo de para
diso vt dicit. q̄ peccatum est preuaricatio legis diui
ne ⁊ celestium inobedientia preceptorum. Et subdit
q̄ p ꝑmā ⁊ tertiā peccati diffinitiones tā actus interi
or q̄ exterior ostenditur esse peccatū. sed p secunduz
tantū actus interior ostenditur esse peccatum. Se
cunda propositio ē hec. Quāuis peccatum simul sit
tam in actu interiori q̄ exteriori. principalius tamē
consistit ⁊ repiť in actu interiori. Hanc magister pro
bans dicit diuersas opiniones fore circa hoc. Nam
aliq̄ dixerunt peccatuz esse in actu interiori tantum.
Alij dixerūt q̄ nec in voluntate iteriori nec i actu ex
teriori consistat. quorū ratio fuit hec. nam voluntas
⁊ actus eius habent entitatem. cuz ergo peccatū. ni
hil sit ꝑm beatum Augustinum sup Johez. videť q̄
nec voluntas nec actus eius possit ꝓprie dici pecca
tum. Sed magister dicit q̄ sane credēdum sit. q̄ pec
catum consistit tam in actu exteriori q̄ iteriori. ꝑnci
palius tamen i actu iteriori. eo q̄ sicut fructus ex ar
bore ꝓcedunt. sic mala exteriora ꝓcedunt ex mala
iteriori voluntate. Tertia ꝓpositio ē hec. Huma
na voluntas ⁊ eius actus inq̄tum sunt. quedam bo
na sunt. inq̄tum vero sunt ꝓtra legez dei nihil sunt.
Hanc magister probans dicit quosdam beatum Au
gustinum in hoc fuisse secutos dicendo voluntatez ⁊

eius actum inq̃tum sunt esse quedam bona. inq̃tum vero sunt ꝓtra legem dei nihil esse. Quod probat p hoc. quia omne quod a deo est bonum ẽ. quia alias deꝰ non esset summe bonus. cum ergo voluntas ꝛ eiꝰ actus a deo sint. quia alias casualiter tãꝫ ad dei ꝓuidentiam non ptinentes contingerẽt. quod ẽ inconueniens. ergo oportet dicere q̃ tam voluntas q̃ actꝰ eius inquãtũ sũt bona sunt ꝛ a deo. Postea cõtra illam sententiam objcit tripliciter ꝛ soluit. Primo sic Si omnis actus voluntatis eẽt a deo. sequeretur ex hoc q̃ adulterium. homicidium. ꝛ sic ꝺ alijs essent a deo. eo q̃ actus sunt voluntatis. Et respondens ad hoc dicit q̃ adulterium. homicidium ꝛ hmõi non nominant precise actus quosdam. sed etiam quorũdam actuum deformitates. ꝛ q̃tum ad hoc nõ sunt a deo Secundo objcit sic. Peccata omissionis important ꝓuationes ꝛ negatiões. sed ꝓuatiões ꝛ negationes non sunt a deo. ergo tales actus non sunt a deo. Et respondet q̃ in omni peccato omissionis intelligitur aliquis actus volũtatis positus. sicut declinare a bono ꝛ non velle credere in christum. ꝛ cõsimilia peccata omissionis que sũt declinationes quedam a bonis ponunt aliquos reales actus. ſ. volũtatem ꝛ ꝓpositum mali. ꝛ q̃ consequens non sunt oĩno nihil. vt obiectio ꝓdicta tẽdit Tertio sic. pctm̃ inquãtũ pctm̃ est corruptio penalis. sed oĩs pena ẽ a deo ergo pctm̃ ẽ a deo. Cui obiectioni magister rñdens dicit q̃ peccatum inquãtũ peccatum est. non est corruptio passiua cuiusmodi est pena sed est corruptio actiua que nihil est ꝛ que non est a deo. quia alias sequereꝫ deũ esse causam mali. Postea declarat hoc a simili q̃ corruptio actiua nihil sit. qz abstinentia cibi nihil est. ꝛ tñ corrumpit corpus. Similiter sic peccatum nihil est. tamen corrumpit animam spoliãdo eam a gratuitis et vulnerat animam in naturalibus ꝛ hoc tam quo ad animam quam a deo elongat q̃z quo ad corpꝰ qõ immortalitate priuat. Unde cõcludit corruptionem actiuam esse peccati essentiã. passiuã aũt pcti effectũ ꝛ penam. Et tm̃ in speciali ꝛc.

Q̃ quedaz simul sunt peccata ꝛ pena peccati. quedam peccata ꝛ causa peccati. alia vero peccata ꝛ causa ꝛ pena peccati. a

DI. XXXVI

Sciendum est tamen quedam sic esse peccata. vt sint etiã pene peccatoꝝ Unde Augꝰ super illuz locũ ps. lvij. Supcecidit ignis ꝛ non viderunt solem. ait. Ignis superbie et concupiscentie ꝛ ire intelligitur Istas penas pauci vidẽt ideo eas maxime cõmemorat apostolus in epistola ad Roma. ꝛ enumerat multa que peccata sunt ꝛ pene peccati. Itẽ. Inter primum eñ peccatuz apostasie ꝛ vltimaz penam ignis eterni. media que sũt et peccata sunt ꝛ pene peccati. Greg̃ quoq̃ sup Ezechiel. ait Cõtemnenti qui nõ vult penitere ponit deus offendiculum. vbi. ſ. graui⁹ impingat. Peccatũ eñ quod p penitẽtiã citius non deletur. aut pctm̃ ẽ ꝛ causa peccat i aut peccatum ꝛ pena peccati. aut pctm̃ simul ꝛ causa ꝛ pena peccati. Unde Moyses. Nõdũ sũt cõpleta peccata amorreoꝝ. Et Dauid inq̃t. Apone iniq̃tatem sup iniquitatem eorum. Et alius ꝓpheta. Sanguis sanguinem tetigit. id ẽ. pctm̃ peccato additũ est. Paulus quoq̃ ait Propterea tradidit illos deꝰ i passiones ignominie ꝛc Et item. Ut impleant peccata sua semper. Johanni quoq̃ p angelũ dicit. Qui i sordibus est sordescat adhuc. Ex his testimonijs colligit peccatum aliquod. ꝛ pctm̃ eẽ ꝛ penam peccati.

Ex predictis questio oritur scilicz an inquãtum peccatuz est sit pena peccati. b

Et ideo merito que

ritur. vtruz inq̃tũ peccatũ est sit pena peccati: Quod nõ videt. cum oĩs pena peccati iusta sit. Unde Augꝰ in lib. retractatiõũ Oĩs pena peccati iusta ẽ ꝛ supplicii̇ nominat. Si ergo pctm̃ quod est peccatũ ꝛ pena peccati. inq̃tum peccatuz est: pena peccati est. cum oĩs pena iusta ꝺ iusticia dei veniat. videt inq̃tum peccatuz est. iustum esse ꝛ a deo puniri. Ad quod illi rñdent peccatum sic dici penaz peccati. qz per pctm̃ in quod merito p̃cedentis peccati homo labitur deserẽte deo. corrumpitur bona natura Sicut ignis eternus dicit pena malorũ. quia ea cruciant. nec tñ ipe cruciatus malo⁹ ignis est. ſ p ignem fit in homine. Ita p pctm̃ corrumpit natura ꝛ imminuit bonũ nature. ꝛ ẽ ipsa imminutio ꝛ corruptio boni passio ꝛ pena. ꝛ nõ est essentialiter ipsum pctm̃ p quod sit. sed ideo peccatum dicit vt p̃missum est. quia p peccatuz illico vt peccat homo fit i homine illa corruptio. que tm̃ fit deo auctore Illa eñ pena siue passio que est boni corruptio a deo est. Illiꝰ tñ (vt sic dicaz) materia ꝛ causa ẽ peccatum. qđ a deo nõ est. Quod videt Augꝰ notasse. ꝛ iuxta hũc sensum intellexisse. cuz ait in libro ꝺ p̃destinatione sanctorũ. Predestinatiõe deus ea p̃sciuit que fuerat ipe facturus. Sed p̃sciuit deus etiaz que non ẽ ipe facturus. id est. oĩa mala. quia ꝛ sic sunt quedã que ita peccata sunt vt etiã pene sint peccati. ſm illd apostoli. Tradidit illos deus in passiones ꝛc. nõ tamẽ peccatũ dei est. sed iudicium. ſ. pena. In scriptura eñ sepe nomie iudicij pena intelligitur.

Rñsio i [illegible] vbi doc [illegible] quo sen [illegible] catũ ꝺ [illegible] pcti vl [illegible]

Augu i.

¶ Hic diligenter intendētib⁹ insinuare vi
det ea que peccata sunt ⁊ pene peccati. nō
inq̄tum peccata sūt. sed inq̄tum pene dei
esse dicuntur. Nam cum dixisset deum nō
esse facturum mala aliqua. id est. peccata.
quia posset ei obj̄ci. quedam peccata eē eti
am penas peccati. ⁊ pena peccati oīnis iu-
stícia est. ⁊ ideo a deo est. quasi determiná
do ſm q̄d facit ea. vel ſm q̄d nō faciat. ad-
didit reliqua. Juxta vero p̄dictam intelli-
gentiā peccata sane dicunt pene. vñ ap̄lus
appellat eas passiones ignominie. q⁹ vt ait
auctoritas. ⁊ quedam peccata sint que dele
ctant. sunt tñ passiones nature noiande. q⁹
p̄ ea corrumpit natura.

¶ Q⁹ cum omne peccatuz possit di
ci pena. non tamen omne est pena
peccati. c

Et licz ex hoc sensu
omne pctm̄ mortale possit dici pena. nō ta-
me omne p̄t dici pena peccati. ¶ Pena eñ
peccati. vt p̄dictum ē: est illud cui⁹ causa ē
aliud p̄cedens peccatuz. Nam peccatū sic
dicit pena peccati respectu p̄cedentis. sicut
dicit causa peccati respectu sequētis. Quo
fit. vt idem pctm̄ ⁊ causa sit ⁊ pena peccati
sed alterius peccati pena. ⁊ alterius causa.
vt eñ Greg⁹ in moralib⁹ ait. ¶ Peccatū q̄
penitētia nō diluit suo p̄dere mox ad ali-
ud trahit. Unde fit. vt nō solum peccatum
sit. ⁊ et causa peccati. Ex illo quippe culpa
subsequens oritur. ¶ Peccatū vero q̄ ex pec-
cato oritur. nō solus peccatum. sed ⁊ pena
peccati ē. quia iusto iudicio deus cor pec-
cantis obnubilat. vt p̄cedentis peccati me
rito etiā in alia cadat. Quē eñ liberare no
luit. deserendo pcussit. ¶ Proinde vt Aug⁹
ait. ¶ Precedentis est hec pena peccati. ⁊ tñ
etiam ipsa peccatū est. Judicio eñ iustissi-
mi dei traditi sunt. vt ait ap̄lus de quibus-
dam. siue deserēdo siue alio modo explica
bili. siue inexplicabili in passiones ignomi
nie. vt crimina criminibus vindicarent. ⁊
supplicia peccantiū nō tantū sint tormenta.
sed ⁊ vitiorum incrementa. Illa ergo pec-
cata que enumerat apostol⁹. quia ꝺ̄ superb
bia sunt: non solum peccata ⁊ etiam supli-
cia sunt. Ecce ex his iam fit p̄spicuum que
dam peccata. etiaz penas ⁊ causas peccati
esse. ⁊ illud peccatum esse penā peccati. q̄
causaz p̄cedentem habet peccatum. atq; il
lud peccatum esse causam peccati q̄ ē me-
ritum sequentis culpe.

Aug⁹ contra Julianum

Ex predictis videt significari ipa
eadem q̄ peccata sunt esse ⁊ penas
peccati. d

Sed cum ait crimi
na criminib⁹ vindicari. videt insinuare ea
ipsa que peccata sunt essentialit esse penas
peccati. i. punitiones peccati. Ad hoc aūt
inq̄unt illi. ⁊ similia hec dicta eē ſm ratio-
nem predictam. ⁊ ido intelligenda fore ſm
p̄missam expositionez. Intelligētia eñ dic-
torū ex causis est assumēda dicēdi.

Q⁹ nō obuiat veritati si quis dicat
ipa peccata eē penas peccati essen
tialiter. e

In nullo tamen p̄
iudicium factum veritati putat. si quis di
cat ipsa eadem que peccata sunt essentialit
Si vero querit̃ de aliquo vtrum magis diligatur a deo vno tempore q; alio? Distinguẽda est dilectionis intelligentia Si enim referatur ad dilectionis effectuz: concessibile est. Si vo ad dilectionis essentiam: inficiabile est.

Si deus ab eterno dilexit reprobos. e

De reprobis vero qui preparati nõ sunt ad vitaz sed ad mortem. Si q̃ritur vtrum debeat cõcedi q deus ab eterno dilexit eos? Dicimus de electis solis simpliciter hoc esse concedenduz q deus ab eterno eos dilexit quos ad iusticiam ⁊ coronam preparauit. De nõ electis vero simpliciter est p̃cedendũ q odio habuit. id est. reprobauit. Sicut legit̃ Jacob dilexit: esau odio habui. Sz nõ est simpliciter dicendum q dilexit. ne predestinati intelligantur. sed cum adiectione dilexit eos in q̃tum opus eius futuri erant. id est quos ⁊ quales facturus eos erat.

Ista est distinctio. xxxij. huiꝰ tertij libri. In qua magister post̃q egit de dilectiõe creata qua deum diligimus. Agit de dilectione increata qua a deo diligimur. Et tria facit. Nã primo agit de dilectione cõmuniter respectu creaturarũ omniũ Scõo de dilectione dei specialiter respectu hominũ. Tertio adhuc specialius respectu reproborum. Primum facit vsq; ibi. Consideratur em̃. Scõz vsq; ibi. De reprobis vero. Tertiũ vsq; ad finẽ dis. In speculi magistri snĩa stat in tribus ꝓpositionibus quaꝝ prima est hec Magister dicit q sit cadez dilectio qua nos deum diligimus ⁊ qua ipe nos diligit. Dãc magister insinuãs dicit q eadẽ sit dilectio qua pater et filius ⁊ spiritussanctus se diligunt ⁊ nos. ⁊ est diuina essentia. ⁊ q eadẽ sit dilectio qua nos diligimus deum. vt in primo libro dictũ fuit. In qua opiniõe magister non tenet̃. Et subdit q̃uis dilectio dei sit imutabilis ⁊ eterna aliũ tñ magis ⁊ aliũ minꝰ diligit Et diligit oẽs creaturas ⁊ inter oẽs magis diligit creaturas rõnales. si inter creaturas rationales amplius diligit illos qui sunt vnigeniti sui mẽbra. ⁊ multomagis diligit ipm̃ vnigenitũ. i. xp̃m fm q hõ. Ista aũt inequalitas dilectionis nõ dicit aliquã mutationẽ i dilectione dei. qua deus non aliter dr inequaliter diligere nisi qz ad bona inequalia eos diligit. Scõa ꝓpositio est hec. Dilectio dei non suscipit magis et minus fm essentiam. sed tm̃ fm distributionẽ ⁊ efficiẽtiã. Hanc magister insinuans supponit dilectionem dei qua nos diligit fm se nõ suscipe magis ⁊ minus q declarans dicit dilectionez dei qua nos diligi posse dupliciter cõsiderari. Uno mõ fm essentiã ipsius dilectionis ⁊ sic ꝓsiderata non suscipit magis nec minus qz vt sic est ipe spiritussanctus. Alio mõ fm efficientiã. ⁊ sic suscipit magis ⁊ minus. ita vt magis dilecti dicant̃ quibus maius bonuz ex dilectiõe dei ab eterno p̃parauit. ⁊ in tpe p̃parauit. ⁊ in tpe tribuit. Uñ sumens occasionẽ querit. Utrũ vnus ⁊ idez homo põt a deo magis diligi vno tpe q; alio Et respondet q loquendo de eius dilectione ẽntiali non põt: sed loquendo de eius dilectione effectuali bene põt. Tertia ꝓpositio est hec. Simpliciter loquendo deꝰ nõ dilexit reprobos ab eterno. Hanc magr̃ insinuãs q̃rit. Utrũ deꝰ dilexit reprobos ab eterno. hoc est illos q̃ nõ ad vitã sz ad mortẽ sunt p̃parati. ⁊ rñdet q sicut de electis simplr̃ ẽ ꝓcedẽdũ q deus ab eterno eos dilexit sic de reprobis simplr̃ est ꝓcedẽdũ q deꝰ ab eterno eos odio habuit ⁊ reprobauit. ⁊ nõ simplr̃ ꝓcedẽdũ q eos ab eterno dilexit ne estimet̃ forte predestinati. Iz cũ determinatiõe posset ꝓcedi q ab eterno eos dilexit. .s. cuz hac determinatione in q̃tum futuri erant opus eius. Et tm̃ in speciali ⁊c.

De q̃ttuor vtutibꝰ p̃ncipalibꝰ. a

DI. X

Post predicta de quattuor vritutibus q̃ principales vel cardinales vocã-

tur disserendum est que sunt. iusticia. fortitudo. prudentia. tpantia. Be quib⁹ Aug⁹ libro trini. ait. Justicia ē in subueniēdo miseris. prudentia in p̄cauendis insidijs. fortitudo in pferendis molestijs. tpantia in coercēdis delectationib⁹ prauis. Be his dr in li. Sapientie. Sobrietatē et prudentiaz docet iusticiam ꝛ veritatez. Sobrietatē vocat temperantiā. ꝛ veritatem vocat fortitudinem Ihe virtutes cardinales dicunt vt ait hieronym⁹ quibus i hac mortalitate bene vitef uitur. et post ad eternam vitam p̄uenitur. erunt Que in xp̄o plenissime fuerūt ꝛ sunt. de cuius plenitudine nos accepimus. Jn q̄ habuerunt vsus eosdē quos in patria habēt ꝛ quosdā etiam vie. Verūtamen an he virtutes cum ꝛ ipe in animo esse incipiāt q̄ cū sine illis prius eēt. tñ animus erat desināt esse cuz ad eterna pduxerint. nōnulla questio est. Quibusdaz visum est eas esse desituras. et de tribus quidez prudentia. s. fortitudine. et tempantia cum hoc dicitur nō nihil dici videt Justicia enim immortalis est. et magis tunc pficiet in nobis q̄z eē cessabit. Cū beate viuemus cōtemplatiōe nature diuine q̄ creauit oēs ceteraſq̄z instituit naturas. qua nihil melius et amabilius est. Cui regenti subditū esse iusticie est. Et ideo imortalis ē omnino iusticia. nec i illa beatitudine esse desinet: sed talis ac tanta erit. vt pfectior ꝛ maior esse non possit. Fortassis et alie tres virtutes prudētia sine vllo iā piculo error]. fortitudo sine molestia tollerādoꝝ malorꝝ. tpantia sine repugnatione libidinū erūt i illa felicitate vt prudentie ibi sit nullū bonū deo p̄ponere vel eq̄re fortitudinis ei firmissime coherere tpantie nll'o defectu norio delectari. Qđ vo nunc agit iusticia i subueniendo miseris qđ prudētia i p̄cauendis insidijs. qđ fortitudo in pferēdis molestijs. qđ tpantia i coercēdis delectatiōib⁹ prauis. non erit ibi oino vbi nihil mali erit Jsta ḡ vtutū opa huic mortali vite nc̄ria sic̄ fides ad quā referēda sūt i p̄terit] habebūt. Ecce apte h dic̄ Aug. q̄ p̄dicte vtutes i futuro erunt: ꝑ alios vsus tūc habebūt q̄z mō. Cui Beda assentit sup exodū ita dicēs. Columne añ q̄s expansuz ē velū. ptātes celi sunt. q̄ttuor eximijs virtutibus p̄clare. id ē. fortitudine. prudentia tpantia. iusticia. q̄ aliter in celis fuant ab angelis ꝛ aiabus sanctis q̄z h̄ a fidelib⁹. Et ꝓsequēter assignat Beda vsus illaruz vtutum ꝑm p̄sentem statū ꝛ futuꝝ imitans Aug. in p̄missis assignationibus.

Jsta est distinctio. xxxiij. huius tertij libri. In qua magister postq̄z egit de virtutib⁹ theologicis. Agit de virtutibus cardinalibus. Et tria facit. Nam primo eaꝝ q̄dditatē inquirit. ꝛ quare cardinales nuncupent. Scdo an xp̄s eas habuerit. sicut hic in via habent. Tertio an in patria maneant vel euacuent. Primū vsq̄z ibi. Que in xp̄o plenissime. Scdm vsq̄z ibi. Verūtn an he. Tertiuz vsq̄z ad finē dis. Jn spāli snīa magistri stat in ista conclusione Quattuor sunt virtutes cardinales quas habuit xp̄s ꝛ habebunt in patria omnes imortales. Hāc magister insinuans dicit quattuor eē virtutes cardinales quas enumerat et ponit eaꝝ descriptiōes ꝑm be. Aug. que patent in lra. vbi em dicit. Justicia est virtus in subueniendo miseris. Prudentia in p̄cauēdis insidijs. Fortitudo in pferendis molestijs. Tempantia in coercendis prauis delectatiōib⁹ Postea dicit q̄ ideo dicunt cardinales quia p ipas deo vnimur ꝛ ad vitā eteruā p̄uenimus. Postea dicit q̄ ille virtutes fuerūt in xp̄o ꝛ habuerūt eosdē act⁹ ꝛ vsus quos in patria habebūt. ꝛ etiā quosdaz quos hñt in via. Ultimo querit. vtrū ille virtutes euacuent i patria. Et respondet primo ꝑm quosdā q̄ tres istarum. nō remanebūt in patria. sed solum iusticia que in patria nō cessabit. sed potius pficiet. Sed ipse subiungit q̄ etiā alie tres remanebunt sed alios actus tūc habebunt in patria quā mō habēt in via. ꝛ hoc ꝓfirmat autoritate Bede. Et tñ in speciali.

Be septē donis spūssancti. a.

Nunc ō septē donis spūssancti agendum ē vbi prius considerandu est. an hec dona vtutis sint. Secundo an in futuro desitura sint vel oia vl' hoꝝ aliqua. Deinde an in xp̄o fuerint cūcta hec dona. Ihec dona virtutes esse nec i futuro desitura Amb. oñdit ea septez fore vtutes dicens et in angelis abundātissime esse sic. Ciuitas dei illa hier'm. celestis nō meatu alicui⁹ fluuij terrestris abluit. sed ex vite fonte p̄cedēs spūssancti cui⁹ nos breui satiamur haustu in illis celestib⁹ spiritibus redundantius videt effluere. pleno septem virtutum spiritualiū feruens meatu Si em fluuius ripaꝝ crepidinibus editis supfusus exundat. q̄tomagis spūs omnez supueniens creaturā cuz nostre mentis archana tanq̄z inferiora pstringat celestem illam angelorū naturā effusione quadaz sanctificationū vbertate letificat. Deinde sanctificationē exponens subdit. Ihis aūt sanctificationibus significat plenitudo septez spiritualium virtutū quas enumerat Esaias dicēs. Spiritus sapientie ꝛ intellectus spiritus ꝓsilij ꝛ fortitudinis. spūs scientie et pietatis. ꝛ spiritus timoris dñi. Unum est ergo flumen spiritussancti. sed multi spiritualiū donoꝝ meatus. Quis ergo mul-

DI.XXX IIII

Amb. Q̄ septē dona sūt in angr' ꝛ sūt virtutes.

ti dicant spūs. vt spiritus sapientie ⁊ intellectus ⁊c. vnus tñ est dei spiritus siue libertatis arbiter omnia p autoritate voluntatis diuidens singulis. Hic expresse traditur septē dona et virtutes esse sanctificatiōes fidelium mentiū et in futuro non desitura cum sint et in angelis.

Qō in christo fuerunt illa septem dona. b

In christo etiā hec eadez fuisse Esaias ostendit dicens. Egredietur virga ō radice iesse. ⁊ flos de radice eius ascendet et requiescet sup eū spiritus dñi. spiritus sapiētie ⁊ intellectus spiritus consilij et fortitudinis. spūs scie ⁊ pietatis ⁊ replebit eū spiritus timoris domini.

Qō videt obuiare p̄missis. c

His aūt videt ob- uiare. quod Beda de timore dñi dicit sup parabolas scz q̄ ois timor in futuro cessabit. Ait eñ sic supra illum locū. Timor domini p̄ncipiū sapientie. Duo sunt timores dñi. seruilis qui p̄ncipium sapientie est. et amicalis qui pfectionem sapientie comitatur. Seruilis p̄ncipium sapie est. qz q̄ post errata sape incipit. primo timore corripit diuino ne puniatur. sed hunc pfecta charitas foras mittit. Succedit huic. timor domini sanctus pmanēs in seculū seculi. quē nō excludit charitas sed auget. quo timet filius ne vl̄ in modico oculos amantissimi patris offendat. vterq̄ in futuro cessabit. charitas ꝺo nūq̄ excidet. Augusti. ꝺo super illū locū psalmi. Adorabo ad templuz sanctum in timore tuo. timorem dei desiturū dicit sic. Timor dñi est magnū p̄sidium pficientibus ad salutez. sed puenientibus foras mittitur. Non ergo timent iā amicū cū. s. ad id quod repromissum est pducti fuerint. Ex his autoritatibus significat q̄ timor nō erit in futuro. Si aūt timor nō fuerit in futuro. ergo nec septē dona erunt nec modo sunt in angelis siue i animabus sanctis. Ad quod dicimus autoritatum premissarū que videtur repugnantiā dirimentes. q̄ septē illa dona et in angelis mō sunt et in animabus sanctis feliciter viuentib⁹ et in nobis erunt in futuro. sed non habebūt omnia hos vsus siue hec officia q̄ nūc habēt. vt verbi gratia. Timor filialis mō

Beda.

Augusti.

Solutio.

fac timere ne offendamus quē diligem⁹ et ne separemur ab eo: fecit etiā nos reuereri eundem. In futuro vero faciet nos reuereri quando non timebimus separari vel offendere Non ergo metus separationis vel offensionis nunc est i angelis vel in animabus sanctis. nec in nobis erit in futuro. sed reuerentia que est mixta cum subiectiōe dilectionis. que etiā in christo fuit sicut apostolus dicit i epistola ad hebreos loquēs de christo. Qui exauditus est p̄ sua reuerētia. Quidā tñ fm effectū timorē in xp̄o. ⁊ in angelis tñ esse contendunt.

Plena timorū distinctio. d

Et quia de timore tractandi nobis occurrit locus. Sciendū est quattuor esse timores. s. mundanū siue humanū. seruilem inicialem. castum vel filialem siue amicabilē. Humanus timor est vt ait Cassiodorus. quando timemus pati pericula carnis. vel perdere bona mundi ꝓpter quod delinquimus. Hic timor malus est q̄ in primo gradu cū mūdo deserit quem dominus p̄hibet in euāgelio dicēs. Nolite timere eos qui occidūt corpus ⁊c. Timor aūt seruilis est. vt ait Augusti. cū p timorē gehenne continet se homo a peccato quo p̄sentiam iudicis et penas meruit. et timore facit quicquid boni facit. non timore amittēdi eternū bonū q̄ nō amat. sed timore patiendi maluz quod formidat. Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi. sed timet ne mittatur in gehennam. Bonus est iste timor et vtilis. licz insufficiens p quē fit paulatim cōsuetudo iusticie. et succedit initialis timor q̄n incipit q̄ durū erat amari. ⁊ sic icipit excludi seruilis timor a charitate. et succedit deinde timor castus siue amicalis. quo timemus ne sponsus tardet. ne discedat. ne offendamus. ne eo careamus. Timor iste de amore venit. Ille quidem seruilis est vtilis. sed nō pmanens in eternū vt iste. Timor diuinus comes est p̄ omnes gradus.

Cassio. per pa

Augu. psalmi.

Collatio p̄dictorum. e

Et attēde q̄ quat- tuor h̄ distinguunt timores cū supra. Beda duos dixerit esse. Sed Beda humanū timorē p̄termisit. et nomine seruilis duos quos hic distinximus complexus fuit sez

seruilem et inicialem. Amicabilem vero castum dixit. Augustinus quoq; seruilē etiā castum timorem aperte discernit. dum epistole ad Romanos illum locum exponit. Nō em̄ accepistis spiritū seruitutis iteruz in timore. sed accepistis spm̄ adoptiōis filiorum dei: ita dicēs. Duo timores insinuantur hic vnus qui est in pfecta charitate scz timor castus. alter qui non est i charitate. s. seruilis. in quo q̄uis deo credatur. nō in deum. et si bonum fiat non tamen bene. Nemo em̄ inuitus benefacit etiam si bonū est quod facit.

De casto et seruili plenius agit tā gens interdū de iniciali. f

Debis eis dē timoribus latius disputat Augusti. dicens Cepit aliquis credere diez iudicij. si cepit credere. cepit et timere. Sed q̄ adhuc timet. nōdum habet fiduciam in die iudicij. nondum est in illo perfecta charitas. Si perfecta in illo esset charitas: non timeret ꝓfecta enim charitas faceret perfectam iustitiam ⁊ non haberet vnde timeret. imo haberet quare desideraret vt transeat iniq̄tas ⁊ veniat regnum dei. ergo timor non est in charitate. Sz in qua charitate? nō i inchoata? In qua ergo. in pfecta? pfecta inquit charitas foras mittit timorem. ergo incipiat timor. quia inicium sapientie timor domini. Timor em̄ quasi locum p̄parat charitati. Cuz autem ceperit charitas habitare pellit timor qui ei p̄parauit locū. Quātum em̄ illa crescit. ille decrescit. ⁊ quātum illa fit interior. timor pellitur foras. maior charitas. minor timor. minor charitas maior timor. Si autez nullus est timor: non ē quo intret charitas. sicut videmus per setam introduci linū q̄n aliquid suit. seta p̄us intrat et nisi exeat non succedit linum. Sic timor primo occupat mentez. non autem ibi remanet timor quia ideo intrauit: vt introduceret charitatem.

Jn ona epi. ſto. sup Jo. bar. ē.

Di angit de iudi. tiore.

Si udo seruili timoris ind. it.

// Quod videtur predictis aduersari. g

Est autē alia sentētia que videtur huic esse contraria. si non habet pium intellectorem Dicitur enim in psal. Timor domini castus permanet in seculum seculi. Eternum quendam timorez nobis ostendit. s. castum. Quod si ostēdit ille nobis eternū timorem. nūquid contra dicit illi ista epistola que dicit. Timor non est i charitate. sed perfecta charitas foras mittit timorem. Hoc enim dictum est per Johannem. illud dictum est per Dauid. Sz nolite putare alium esse spiritū. Si em̄ vnus flatus inflat duas tibias. non potest vnus spirit⁹ implere duo corda et agitare duas linguas. Si spiritu vno. i. vno flatu implente: due tibie cōsonant. implete due lingue spiritu dei dissonare possunt. imo ē ibi quedam consonantia. est quedam concordia. sed auditorem desiderat studiosum non ociosū. Ecce mouit duas linguas spiritus dei. et audiuimus ex vna timor non est in charitate. audiuim⁹ ex alia timor domini castus pmanet in seculū seculi. Quid est hoc? Dissonat. Non? Excute aures intende melodiā. non sine causa hic addidit castus. illic non addidit. quia est timor alicuius qui dicit castus. est alius timor q̄ nō dicitur castus. Discernamus istos duos timores et intelligamus consonantiam tibiarum. Quomodo discernimus? Attendat charitas vestra. Sunt homies qui p̄pterea timent deum ne mittantur in gehennā ne forte ardentē cū diabolo in igne eterno. ipe est timor q̄ introducit charitatez. ⁊ sic venit vt exeat. Si enim ꝓpter penas times deū. nōdū amas quē sic times. nō bona desideras. ⁊ mala caues. Sz ex eo quia mala caues corrigis te ⁊ incipis bona desiderare. q̄ cū desiderare cepis. erit i te timor castus. Quid ē timor cast⁹? Timē ne amittas ipa bona timē deū ne recedat a te. Cuz aūt times deū ne te deserat. p̄sentiam eius amplecteris. cū ipo frui desideras.

Quomodo distent duo timores. p̄ similitudinem duarum mulierū ostendit. h

Non potes melius explanare quid intersit inter duos istos timores q̄m si ponas duas mulieres q̄s maritatas. quarum vnam constituas volentem facere adulteriuz sed timet ne damnetur a marito. Timet marituz quia adhuc amat nequiciam. huic non grata est sed onerosa mariti p̄sentia. et si forte viuit nequiter. timet maritum ne veniat. Tales sunt qui timēt diem indicij. Fac alteram amare virum. debere illic castos amplexus. nulla se

adulterina imundicia maculare velle. ista optat p̄sentiã viri. Illa timet. et ista timet Jam g̃ interrogenť q̃re timeant Illa dicet Timeo virũ ne veniat. illa dicet. timeo virum ne discedat. illa dicet. timeo virum ne damnet. illa dicet. timeo virum ne deserat. ꝯdone hec in animo ꝛ inuenis timorẽ quẽ foras mittit charitas. et alium timorem castum p̄manentem in seculum seculi. Illum timorem perfecta charitas foras mittit. qz ille timor tormentuz habet. torquetur conscientia peccatoruz nondum facta est iustificatio. Est ibi quod titillat mentez. quod pungat. qõ stimulat. Stimulat ille timor: sed intrat charitas que sanat quod vulnerat timor. timor castus facit securitatem in animo. Audiuimus duas tibias. scilz Johannem et Dauid consonantes. illa de timore dei dicit quo timet anima ne damnetur. illa de timore quo timet anima ne deseratur. Ille est timor quem charitas excludit. ille est timor qui permanet in seculum seculi. Ecce in his verbis p̄dictis aperte ostendit Augu. quis sit timor castus ꝛ q̃s seruilis. et qualiter differant. In q̃bus etiam inicialem timorem significauit qui nec ex toto est seruilis. nec ex toto castus. sed tanq̃z medius aliquid de seruili. et aliquid de casto timore habet. facit enim seruire partim timore pene. partim amore iusticie. per quem timemus puniri ꝛ timemus offendere. Iste timor est in inchoata charitate nõ in perfecta. et quãtũ crescit charitas tãtuz decrescit iste timor. q̃tum ad metum pene id est. quãtũ ad id quod facit timere penaz ꝛ q̃tum ad tormentũ conscientie. Mã quãto magis diligimus tanto minus timemus Iste timor notatur in illis verbis Augus. vbi non negat timorem esse in charitate inchoata sed perfecta. Quod non posset dici ỹ seruili. quia vt ipse supra dixit seruilis timor non remanet veniente charitate. nec intrat charitas nisi prius ille timor exeat. nec in illo timore aliquis credit in deum. et si credat deo: nec benefacit. etiam si bonum est quod facit. Nõ ẽ ergo timor ille in charitate etiam inchoata. quia omnis qui charitatem habet: licet non perfectam. et in deum credit. et bona opera facit. quare seruilis non est timor ille quem in charitate inchoata fore concessit. et quem crescente charitate decrescere dixit. Sed ille est timor inicialis quem non negat esse in charitate nisi pfecta sit.

// Qz timor seruilis et inicialis dicitur inicium sapientie sed differẽter. i

Sciendum tamen est q̃ vterq̃ timor scz seruilis ꝛ inicialis. in scripture diuersis locis dicit inicium sapientie. ꝛ ita fore comperies si diligenter annotaueris loca scripture in quibus de timore domini fit mentio. ex alia tamen ratione et causa diuersa dicitur seruilis timor inicium sapientie et ex alia inicialis. Seruilis enim ideo dicitur inicium sapientie. qz p̄parat locum sapientie et ducit ad sapientiam: sed tamen non remanet cuz ea imo foras exit. Inicialis vero dicitur inicium sapientie. quia est inchoata sapientia. quem cum quis habere incipit. sapientiaz ꝛ charitatem habere incipit. Inde etiam est q̃ vterq̃ timor dicit inicialis. quod inuenire poteris p̄ diuersa scripture loca Vterq̃ etiam timor interdũ dicit seruilis. qz ꝛ ipe inicialis qui ẽ in charitate inchoata. aliq̃d habet de seruili. s. angorem pene. sicut ꝛ aliquid habet de casto. scz q̃ timet offendere ac separari.

De hoc quod Aug⁹ dicit castũ timorẽ esse eternum. k

Illud quoqz diligenter est notandum q̃ in supioribus Augustinus dicit castum timorẽ esse eternum p̄ quod confirmatur p̄missa sententia scz q̃ spirit⁹ timoris erit in futuro sicut et alia dona spiritussancti. sed non habebit omnem illum vsum quem modo habet. Faciet enim tunc nos reuereri deum non timere sperari vel carere. Fuit ergo et in christo timor ille. sed iuxta vsum illum quem habebit in futuro in sanctis. Non enim timuit xp̄s separi vel offendere deũ sed eum p̄ omnibus reueritus est.

// An timore pene qui fuit in christo fuerit seruilis vel inicialis vel alius. l

Cum autem fuerit in xp̄o timor pene. queriť an iste timor fuerit mũdanus. vel seruilis vel inicialis Ad q̃ dicim⁹ nullũ eo⁹ fuisse i xp̄o. qz timor mundanus malus est vt supra dictũ est. et

in ꝑmo gradu cuz modo deserit. Seruilis vero vel inicialis i ꝓfecta charitate nõ est. Nullus g̃ timoꝝ istoꝝ fuit in xp̃o. Quis g̃ fuit timor iste quo penaz timuit? Potest timor ille dici naturalis vel humanus qui oĩbus hoĩb⁹ inest: quo horretur mors ac formidat pena. Et ꝺr timor iste naturalis nõ quia accesserit homini ex natura ꝑm q̃ ꝓius fuit instituta. quia nõ fuit iste timor concretus homini nec ꝺ bonis naturalib⁹ sed quia ex corrupta natura ꝓ peccatũ omnibus aduenit. cui correptio inoleuit: tã q̃ esset naturalis. et est iste timor effectus peccati vt predictum est.

Jsta est distinctio. xxxiiij. huius tertij libri. In q̃ magister posq̃ egit de virtutibus Agit de donis. Et tria facit. Nam primo agit de donis in cõmuni. Secundo de timore in speciali. Tertio infert quedam ex determinatis. Primuz vsq; ibi Et qr de timore. Scꝺm vsq; ibi. Illud quoq; diligẽter. Tertium vsq; ad finem distin. In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionib⁹ quaruz ꝑma est hec. Septẽ dona spiritussancti. que a virtutibus non differũt nec in patria cessabunt fuerunt in xp̃o. Hanc magister ponens querit tres questiones quarũ prima est. An dona spiritussancti sunt idẽ qꝺ virtutes. Secunda est. an in patria maneant in beatis Tertia est. an fuerunt in xp̃o. Ad duas primas questiones simul respõdet autoritate be. Ambro. q̃ dona sunt idem q̃ virtutes. et q̃ remaneant in patria. qr in angelis et in beatis sunt abundantius q̃ in nobis. Ad tertiã respondet affirmatiue q̃ ista dona fuerunt in xp̃o. quod patet ꝓ illud Esaie. xj. Requiescet super eum spiritus domini. spũs sapientie et intellectus. cõsilij et fortitudinis spiritus sciẽtie et pietatis et repleuit eum spiritu timoris dñi. Jn qua q̃dez autoritate pluries repetit spiritus qꝺ nõ ideo fit q̃ spiritussancti sunt plures in natura diuina. sed ad designandũ multiplicem fore effectum vnius spiritussancti. Sed qr in responsione ad scꝺam questionẽ q̃ dona etiã non cessant in patria ꝓponit in mediuz quasdam autoritates que videtur dicere timorẽ in patriam nõ manere. ꝓ cõsequens nec alia dona. qr qua ratione non remanebit donũ timoris. pari rõne nec alia dona Pro quarum autoritatũ euidentia mgr̃ dicit. q̃ dona spiritussancti erunt in futuro. s. in patria sed nõ habebunt ibi illos vsus quos hic habẽt i via qꝺ declarat specialiter in dono timoris. Naz timor filialis vt dicit magister in p̃nti vita tria in nobis facit Facit em̃ ꝑmo timere ne offendamus deum quẽ diligimus. Secundo facit timere ne separemur ab eo. Tertio facit nos ipm̃ reuereri. Quantũ igit ad duo prima nõ manebit donũ timoris in patria. et hoc volunt dicere autoritates in oppositũ allegate Sed q̃tũ ad tertiũ manebit ibi. qr ibi ꝑmanie vsus reuerentie que est dilectio cũ subiectiõe erit qualiter etiaz reuerẽtia in xp̃o erit. Et subdit quosdã dixisse q̃ i christo ꝓ in angelis esset donũ timoris solum ꝺm effectũ si nõ ꝺm habitũ. sed cõmuniter a modernis hoc non tenet nec magister illud approbat. Scꝺa ꝓpositio ẽ hec. Timor qui multipliciter non qualitercũq; sumptus a charitatis consortio excludit. Hanc mgr̃ exequẽs dicit quattuor esse timores. quoꝝ ꝑm⁹ ẽ timor mũdanus sine human⁹ quo timemus picula carnis ꝓ bonoꝝ mundanoꝝ amissionẽ. Et qr h timor mal⁹ est ꝓ cum mundo a mũdi ꝓemptoribus relinquendus nõ ꝓhibet tã q̃ nõ habẽdus Scꝺs ẽ timor filis scz quo q̃s timet penas ꝓ ex hoc a pctõ se cohibens bonum opatur. Et hz iste timor est bon⁹. nõ tñ est sufficiens ad vitã eternã obtinẽdã. Tertius est timor inicialis scz quo quis iam amare incipit eternũ bonuz. i. q̃ amissionez ei⁹ timens incipit bñ agere. ꝓ isto timore adueniente. sit aduenit charitas ꝓ timor filis incipit p charitatẽ excludi. Quartus est timor castus ꝓ filialis seu amicalis. qui ꝓuenit ex amore. s. quo timemus ne deum offendam⁹. ꝓ ab eo separemur Hic vo timor succedit inicialiꝝ ꝓmanet ineternum seruilis aũt nõ ꝓmanebit scz deficiet. Sed subdit q̃ vt patet ex dictis in ꝑma pte istius distinctionis. Beda nõ distinxit nisi duplicem timorẽ. s. seruilem ꝓ amicalez qr sub seruili inicialẽ itellexit. Beat⁹ Aug. etiaz nisi duos timores distinxit apte. s. castũ q̃ ẽ i charitate ꝓfecta. ꝓ filẽ q̃ nõ est in charitate. qr hz ꝑ ipm̃ bonuz fiat nõ tñ bñ. qr nemo inuit⁹ bñ facit. etiã si bonũ sit de suo genere qꝺ facit Jstis ꝑmissis mgr̃ ponit autoritates timoris filis di. q̃ hz timor filis in charitate nõ sit. tñ ꝓparat locũ charitati. qr nisi timor ꝓius occuparet mentẽ non esset vñ intraret charitas. q̃ tamẽ aduenĩẽte timore expellit ꝓ foras mittit. qꝺ exemplificat de seta ꝓ filo sibi annexo. filum eñ nõ intrat nisi seta exeat. sic ẽ de timore filii ꝓ charitate. postea remouet quoddam dubiũ Nã in canonica Johis ꝺr q̃ timor non est in charitate: sed ꝓfecta charitas foras mittit timorẽ. Dubitat ergo quõ verũ sit qꝺ in psal. dicit. timor dñi castus manet in seculum seculi. Naz cũ in eterna btitudine. de qua psal. loquit sit ꝑfectissima charitas videt dictuz psalmiste dicto apli ꝓtrariũ. Ad qꝺ rñdens dicit q̃ ex quo Johes in sua canonica. ꝓ dauid in psal. vno spũ repleti locuti sunt discordare non ꝓnt si vtriusq; dictũ recte intelligat. Naz duplex est timor. s. castus et seruilis. Filis non stat vt dictum est cũ charitate. ꝓ de illo loquit apl⁹ Castus autẽ manet in patria. ꝓ de illo loqt ꝓpheta. Jstud patet ex his que dicta sunt. Naz dicũ est q̃ timor filis est quo quis ꝓpter penã timet deũ. scz ex quo ille q̃ ꝓpter penã timet deũ. nõ amat ipm̃. ꝺ timor ille nõ stat cũ charitate. timor aũt castus ẽ quo q̃s timet deũ ne ipm̃ offendat. Sed ex quo sic timere sit amare. ideo timor ille manet cũ charitate sp. Qꝺ postea exemplificat mgr̃ de duabus mulieribus mariti quarũ vna timet cõmittere adulteriũ ne a viro deꝑhendat. Alia vo ne a viro deseratur. Et applicat simile ad ꝓpositũ vt patet in littera. Postea aũt cõparat magister timorem inicialem ad castũ ꝓ qꝺ seruilem dicẽs. q̃ inicialis est medius inter eos habẽs aliquid de vtroq; qr ptim facit fuire deo timore pene et ptim amore iustitie. qui etiam põt esse in charitate inchoata. hz non possit esse in charitate ꝓfecta ꝓ subdit q̃uis inicialis timor possit stare cuz charitate imꝑfecta et seruilis nõ. tñ vterq; ipsoꝝ in scriptura dicit iniciũ sapientie. Nam seruilis timor sapientie ꝓ charitati locum ꝑparat. Sed ipsa adueniente foras mittitur. Nam inicium sapientie dicitur tanq̃ disponens ad ipam. Timor aũt inicialis ꝺr ꝓncipiuz sapiẽtie. qr cuz inchoata sapia sit incipit timo ꝓ quodãmodo inchoata charitas sine sapia. Jsta oĩa roborat mgr̃ autoritatib⁹ sanctoꝝ. Tertia ꝓpositio est. Donum timoris extitit in xp̃o ꝺm vsum patrie cũ timore quodam alio. Hanc magister insinuans infert ex determinatis et concludit ꝑmo. q̃ donũ timoris manebit i patria sicut alia dona. sed nõ habebit ibi omnem vsum quẽ hic habet. vt patuit in prima ꝓpositione hui⁹ distinctionis. Scꝺo etiaz ex his cõcludit. q̃ timor ille fuit in xp̃o ꝺm illuz vsum quẽ hz in sanctis ꝺm actũ. s. reuerentie. vt etiã ibidẽ dicebat. Cũ que

ritetiã incidẽtaliter. cũ timor pene fuit in xpo. vtruz fuit timor mundanus vel seruilis vel inicialis. Et respondet q nullus eorũ fuit. Nã timor mũdanus cuz mũdo deserit. seruilis vo nec est in charitate inchoata nec pfecta. Inicialis vo non põt esse in charitate pfecta Cũ igit xps tã mũdũ deseruit. z charitatẽ nõ inchoatã sed pfectã habuit. seqt q timor pene quem xps habuit nullus illorum fuit sed fuit quidam naturalis ꝓueniens ex natura p pctm corrupta. nõ tanꝝ aliqd bonũ naturale. sed tanꝝ effectus quidaz z sequela peccati. Et tm in speciali.

Quomodo differant sapientia et scientia. a

D.XXXV

Post premissa diligenter considerãdũ est. in quo differat sapientia a scientia. Beꝺ Augꝰ ita ait. Philosophi disputantes de sapientia diffinierunt eam dicentes. Sapientia est rerũ humanarum diuinarumq scientia. Ego quoq vtrarũq rerũ rognitiõez. i. diuinarũ z humanarz z sapientiã z scientiã dici posse nõ nego. Verũ iuxta distinctionem apli qua dixit. alij datur sermo sapientie. alij sermo scientie. illa diffinitio diuidenda est. vt rerũ diuinarũ cognitio sapientia ꝓprie nuncupetur. Humanarz vo rerum cognitio ꝓprie scientie nomen obtineat. Neq vo ꝺc quid sciri ab homie potest in rebus humanis. vbi plurimũ supuacue vanitatis z noxie curiositatis est. huic scietie tribuo. sed illud tantũ quo fides saluberrima que ad verã beatitudinem ducit gignitur. mittit defenditur. roborat. qua scietia non pollent fideles plurimi. cuis polleant ipsa fide plurimum. Aliud est enim scire tantũmodo quid homo credere debeat propter adipiscendam vitam beatam. aliud est scire quomodo hoc ipm ex pijs opitulet vel contra impios defendat. que ꝓprio vocabulo apellat scientia. Be his quoq duabus virtutibus idem Augꝰ differentiaz inter eas assignans sup psal. ait. Distat sapientia a scientia. testante sctõ Job q quodã modo singula diffinies ait. Sapientia est pietas. scientia vo abstinere a malis. Pietatẽ vo hoc loco posuit dei cultũ. que grece dicitur theosebia. que est in cognitiõe z dilectione eius quod semp est z incõmutabiliter manet quod deus est. Abstinere vero a malis est in medio praue nationis prudenter conuersari. Idem quoq inter hec duo aperte distinguens ait. Distat ab eternoꝝ cõtemplatione actio qua bñ vtimur temporalibus rebus. z illa sapietie hoc scientie deputat cuis z illa que sapia est posit nũcupari scientia. vt aplꝰ asserit vbi dicit. Nunc scio ex pte. quã sciam pfecto cõtemplationis dei vult intelligi. In hoc ergo differẽtia est. qz ad contemplationez sapientia. ad actionem vero scientia ptinet. Ecce aperte demõstratum est in quo differant spiritus sapientie et spiritus sciẽtie scz vt sapiẽtia diuinis: scientia humanis attributa sit rebus. et vt docet Augus. vtrunq agnoscimus in christo. s. z rem diuinam et rem humanaz. et ideo de ipso habemus sapientiam et scientiam. Cuz enim legit: verbum caro factum est. in verbo intelligitur verus dei filius. i carne agnoscitur verus hominis filius. Item cum dicit. vidimus plenum gratie et veritatis. gratiã referam⁹ ad scientiam. et veritatem ad sapientiã. qz in christo sapientia z scientia fuit plenarie z nos scientiam et sapiẽtiam de eo habem⁹ qui est deus z homo.

Aug. in. xiiij li. de trinita. Diffinitio sapiẽtie ſm phi losophos.

Distinctio sapientie z scie ſm theologos

Augu. in. xiij li. de trini.

In quo differat sapientia ab intellectu. b

Postea differentia inter scientiam z sapiaz. quid distat int sapientiam et intellectuz videamus? In hoc differunt illa duo. quia sapientia ꝓprie est de ceteris que veritati eterne contemplande intendit. Intelligentia vo nõ modo de eternis est. sed etiam ꝺ rebus inuisibilibus z spiritualibus temporaliter exortis. Per eam eñ et natura summa que fecit omnes naturas. id est. diuina consideratur. z que post ipaz sunt spirituales et inuisibiles nature. vt angeli z omnes anime bone affectiones conspiciuntur. In hoc ergo differentia est. quia sapientia creator tantũ conspicitur. intellectu vo et creator et creatura q dam. Item intellectu intelligibilia capim⁹ tantũ. Sapientia vo non modo eapim⁹ superiora sed etiam incognitis delectamur.

Quõ differi scia. itelligẽtia. z sapia.

Sic ergo distingui potest inter illa tria scz intellectuz scientiam z sapientiam. Scientia valet ad rerũ temporaliũ rectam amministrationem z ad bonã inter malos cõuersationẽ. Intelligentia vo ad creatoris z creaturarũ inuisibiliũ speculationẽ. Sapientia vo ad solius eterne beatitudis cõtemplationem z delectionem.

Qꝺ intellectus et scientia de quibus hic agit non sunt illa que naturaliter habet homo. c

Et notãduz qd ĩtel lectus et scientia que dicuntur dona spiritussancti. alia sunt ab intellectu et scientia que naturaliter sunt ĩ anima hominis. hec eñ virtutes sunt que p gratiam infundunt animus fidelium. vt p eas recte viuãt. Illa vero naturaliter habet homo ex beneficio creationis a deo tamen. ꝑ has autem virtutes que dicuntur dona spiritussancti illa naturalia reformantur atq; adiuuantur. vt verbi gratia. Intellectus naturalis peccato obtenebrat⁹: p virtutẽ quandam et gratiã que dicit spiritus intelligentie reformat atq; adiuuat ad intelligendũ Ita t per illam virtutem quem dicitur spiritus sapientie iuuat atq; erigitur mentis ratio ad contemplationem t delectationẽ eterne veritatis.

Qd sapiẽtia ista dei est nec est illa que deus est. d

Illud etiã sciendũ est q sapientia de qua nunc disserim⁹: non est illa sapientia dei. vt ait Augustin⁹ que deus est sed hominis sapientia. verũtamẽ que fm deum est. ac verus t precipue cultus eius est. Si ergo colat mens hominis deum cuius ab eo capax facta est et cuius esse particeps potest. sapiens ipa fit. t non sua luce sed summe illius lucis participatione sapiens fit. Ista ergo hominis sapientia etiam dei est. verum nõ ita dei est. vt ea sapiens sit de⁹. Non eñ participatione sui sapiens est deus. sicut mens participatiõe dei. Sic etiam dicit iusticia dei nõ soluz illa qua ipe iustus est. sed etiam illa quã dat homini cum iustificat impium.

Ista est distinctio. xxxv. huius tertij libri. In qua magister post q egit de donis absolute. Agit de ipis respectiue seu cõparatiue. Naz asserit ꝓmo dria inter sapiam t sciam. Scõo inter sapiam t intellectũ. Tertio inter sciam t intellectuz Primũ vsq; ibi. Ostensa dria. Scõm vsq; ibi. Et notandũ. Tertiũ vsq; ad finẽ dis. In spãli snia magistri stat in trib⁹ ꝓpositionib⁹ quarũ prima est hec. Constat inter sapiam et sciam put sunt dona spiritussancti fore driam. Hanc magister insinuans ponit. triplicem driam inter sapiam t sciam put sũt dona spiritussancti. Prima ẽ q quis tam sapia q̃ scia possit dici rerũ humanaz diuinarũq; cognitio tñ ꝑpe accipiendo sapia est cognitio rerũ diuinaz. scia vo rerũ humanarũ. Scõa est. q sapia est pietas q̃ grece theosebia appellat. i. dei cultus q̃ videlicet cultus in dilectione dei t cognitione ꝓsistit. Scientia vo est abstinere a malis. t in medio nationis prave prudẽter cõuersari. Tertia est q sapia ptinet ad cõtemplatiõnẽ supnoz scu eternoz. scientia vo ad actionez qua bñ vtimur tpalibus rebus. Ista magister reprobat autoritate hea. Aug. Et subdit q exquo in xpo fuit et res diuina et res humana. de ipo habemus sapiẽtiam que rebus diuinis. t scientiã. que rebus humanis attribuit. Scõa ꝓpositio est hec. Ex declaratione presentis textus patet dria inter donuz sapientiet intellectus. Hanc ponens ꝓponit duplicem driaz inter sapiam t intellectuz quarũ prima est hec. q sapientia est de rebus eternis vt de deo. intellect⁹ vo ō rebus aliquibus ex tpe ortis. vt de creaturis. Secunda dria est hec. q p intellectũ cognoscimus intelligibilia sine delectatione. sed p sapiam etiã de reb⁹ cognitis delectamur. et sic ex omnib⁹ ꝓdictis recolligit istaz trium scz sapie scie t intellectus driaz stare in hoc q scientia valet ad rerũ temporaliũ debitam amministrationẽ t bonaz inter malos cõuersationẽ. Intellectus vo ad creatoris vicz et creaturarũ inuisibilẽ speculationẽ. Sapientia autẽ ad solius eterne veritatis cõtemplationẽ t dilectionẽ. Tertia ꝓpositio est hec. Intellect⁹ t scientia. put sunt spiritussancti dona differũt ab intellectu t scia put insunt a natura. Hanc mgr ponens dicit. q put sunt dona spiritussancti infundunt p gram vt hõ p eaz recte viuit put vero sunt dona naturalia insunt homi ex beneficio creationis. Et subdit q p dona spiritussancti reformenẽ in hoie illa que naturaliter insunt. qz intellectus hois p pctm obtenebratus p spiritũ intelligẽtic. i. donuz intellectus adiuuat t a pctõ eripit. Per donũ vo sapie ad cõtẽplationẽ t delectationẽ eterne veritatis erigit. Addit etiam q sapia que est donuz dei de qua hic fit sermo. nõ est illa sapientia que de⁹ est. sed est hominis sapiẽtia qua homo sapit que tñ potest dici dei sapientia. non q deus ea sapiens sit. sed quia a domino deo datur. sicut dicit iusticia dei quam deus homini dat. cũ impium iustificat. Et tñ in speciali.

Be connexione virtutum que non sperantur. a

Solet etiaz q̃ri vtz virtutes ita sint sibi cõiuncte vt sepatim nõ possunt possideri ab aliquo. sz q̃ vnaz habet oĩes habeat? De hoc etiaz Hiero. ait. Omnes virtutes sibi herent vt q̃ vna carnerit oib⁹ careat. Qui ergo vnaz habet omnes habet. Qd q̃dem pbabile est. Luz eñ charitas mater sit omniũ virtutum. in quo cunq; mater ipa est. s. charitas. et cunctis filij eius. i. vtutes recte fore esse credũt Uñ Aug⁹. Ubi charitas est: quid ẽ quod possit deesse. Ubi aũt non ẽ: quid est quod possit pdesse. Cur ergo non dicim⁹ q̃ hanc virtutẽ habet omnes hz. cum plenitudo legis sit charitas. que q̃to magis est in hoie tanto magis ẽ vtute pditus. Quãto vero minus tanto min⁹ inest vtus. t quãto minus inest virt⁹ tanto magis inest viciũ. DI. XXXVI Hieron. sup Esaiam. Augu. super Johannẽ.

¶ Si cuncte virtutes pares sint in quocunq; sunt. b

Utruz vo pariter

quis omnes possideat virtutes. an alie magis alie minus i aliquo feruecāt questio ē? Quibusdam eñ videtur q; alie magis alie minus habeantur ab aliquo sicut in Job patientia emicuit. in Dauid humilitas. in Moyse mansuetudo. qui etiaz concedunt magis aliquem mereri p aliquam vnā virtutem q̄ p aliam. sicut eā plenius habet q̄ aliā. Nō tñ magis p aliquā mereri dicunt q̄ p charitatē. nec aliquā plenius a quoq; hr̄i q̄ charitatē. Alias ergo magl et alias minus in aliquo esse dicunt. sed nullaz plenius charitate que ceteras gignit. Hasq; dicunt esse multas facies q̄s memorat apostolus dicens. Ex psonis multarū facierū ⁊c. Alij verius dicūt omnes virtutes ei similes et pares esse in quocūq; sunt. vt qui in vna alteri par extiterit. in oībus eidez equalis sit. Unde Aug. Virtutes q̄ sunt i animo hūano. q̄uis alio et alio modo singule intelligātur. nullo modo tamen separantur ab inuicē. vt quicūq; fuerint equales. verbi gra. in fortitudine. equales sint et prudentia et iusticia et tpantia. Si enim dixeris equales esse istos in fortitudine. s illuz prestare prudentia. sequitur vt huius fortitudo min⁹ prudens sit Ac per hoc nec fortitudine equales sunt. q; est illius fortitudo prudentioz. Atq; ita de ceteris virtutibus inuenies. si omnes eadē considerationē percurras Ex his claresci omnes virtutes nō modo esse connexas sed etiam pares in animo hominis. Cum ergo dicit aliquis aliqua p̄eminere virtute vt abraam fide Job patientia. fm vsus exterioz̄ accipiendū est. vel in comparatione aliorum hominū. q; vel humilitatis habitū maxie p̄fert. vel opus fidei. vel alicuius ceterarū virtutū precipue exequitur. Unde ⁊ ea p̄ alijs pollere vel inter alios homines singulariter excellere dicit. Scōm hunc moduz scz fm rationem actuum exterioz̄ vt alibi Aug⁹ dicit in aliquo aliam magis esse virtutem aliam minus. ⁊ vnā esse nō alteram. Ait eñ sic. Clarissima disputatione tua satis apparuit nō placuisse auctoritatibus nostris. imo veritati ipi omnia paria esse peccata. etiam si hoc de virtutibus verum sit quia et si vez est cū qui habet vnā omnes virtutes habere. et cū qui vnaz non habet nullaz habere. nec si peccata sunt paria. q; vbi virtus nulla est. nihil rectuz est. nec tamen ideo nō est prauo prauius distortoq; distortius. Si aūt quod puto esse verū sacrisq; litteris cōgruentius. ita sunt anime intentiones vt corporis membra. nō q; videantur locis sed q; sentiant affectibus. et alius illuminatur amplius. alius minus. alius omnino caret lumine. profecto vt quisq; illustratione pie charitatis affect⁹ est. in alio actu magis. in alio minus. in aliquo nihil sic dici pōt habere aliā. ⁊ aliaz non habere ⁊ aliā magis aliā minus. Nam ⁊ maioz est in isto charitas q̄ in illo. et ideo recte possumus dicere ⁊ aliqua in isto: nulla in illo: q̄tū ptinet ad charitatem que pietas est. ⁊ in vno homie quidez q; maiorē habeat pudicitiā q̄ patientiā. et maiorē hodie q̄ heri si pficit. ⁊ adhuc nō habeat continentiā ⁊ habeat nō pūā misericordiā. Et vt generalit breuiterq; cōplectar quā ō vtute habeo notionē. virtus est charitas qua id qō diligenduz est diligitur. Hec ⁊ in alijs maioz et in alijs minoz. ⁊ in alijs nulla ē. Plenissima vero que iam non possit augeri q̄ diu hic homo viuit in nemine est. Hic insinuari videtur. q; aliquis ea ratione possit dici habere vnam virtutem magis q̄ aliā quia p charitatē magis afficit in actu vnius virtutis q̄ alterius. ⁊ ppter differentiam actuū ipas virtutes magis vel minus habere dicit. pōt ⁊ aliquā nō habere. cum tamen simul omnes ⁊ pariter habeat q̄tuz ad mentis habitū vel essentiaz cuiusq;. In actu vero aliā magis aliam minus hz. aliam etiā non habet. vt vir iustus vtens cōiugio non habet continentiā in actu quaz tamē habet in habitu. Cur ergo non dicētur paria peccata? Forte quia magis facit ꝓtra charitatē q; grauius peccat. minus: q; leuius. Nemo enim peccat nisi aduersus illam faciendo que est plenitudo legis. Jō recte dicitur. Qui offenderit in vno factus est omniū reus. i. contra charitatē facit in qua pendent omnia.

Augu. in. vj. li. de trini.

Augu. i epla ad Dioro.

Repetit ō charitate vt addat quo modo tota lex in ea pēdet. c

Cum duo sint p̄ce-

pta charitatis in q̄bus vt p̄taxatū est tota lex pendet et pphete. Aduertenduz ē quo modo hoc sit cū in lege ⁊ pphetis multa fuerunt cerimonialia mādata q̄ si ad charitatis sanctificationē pertinuissent. viderent

non debere cessare. Quia vero non iustificationis gratia quaz facit charitas instituta sunt sed in figura futuri. et in onus posita. ideo clarescente veritate cessauerunt velut vmbra. Veruntamen et ipsa cerimonialia ꝺm spiritualem intellectum quem continent. ⁊ omnia moralia ad charitatem referuntur. Pertinēt enim omnia ad decem mandata in tabulis scripta vbi omniuz sūma pstringitur. ex quibus certa emanant sicut in sermone domini octo virtutes premittuntur ad quas cetera referuntur Et sicut ad decem mandata decalogi cetera referunt. ita et ipsa decē ad duo mādata charitatis. Ꝺia ꝙ ad duo mandata charitatis ptinent: qz charitatez implent. ⁊ ad charitatē tanꝯ ad finē referri debēt. Añ Aug⁹. Totam magnitudinem ⁊ amplitudinē diuinorum eloquiorum possidet charitas q̄ deū primūꝯ diligimus que radix est omnium bonorum. Unde veritas ait. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet et prophete. Si ergo non vocat omnes paginas sanctas perscrutari omia inuoluta sermonum inuoluere. tene charitatez vbi pēdent omnia. qz pfectio est ⁊ finis omnium. Tunc em̄ ⁊ precepta et consilia recte fiunt cum referunt ad diligendū deum ⁊ proximum ꝓpter deum. Quod vero timore pene vel aliqua intentione carnali fit vt nō referatur ad charitatem. nondum fit sicut fieri oportet ꝙuis fieri videat. Inimicus em̄ iusticie est qui pene timore nō peccat Amicus ℞o iusticie qui eius amore nō peccat. Omniū ergo hec sūma est vt intelligatur legis ⁊ omniū diuinaꝝ scripturarū plenitudo esse dilectio dei ⁊ pximi.

u. in li. ꝺ ꝺ:pi.

Aizusti. ni ch.

Ista est distinctio .xxxvi. huius

tertij libri. In qua magister posꝯ egit de virtutum ⁊ bonorum ad inuicem cōparatione Agit de ℞tutū ꝯnexione. Et tria facit. Nā ꝓpter cōnexionē querit ꝓmo. an ab habente vnaz virtutē oēs habeant. Secundo an ab habente vnaz virtutē omnes equaliter habeant. Tertio inq̄rit de cōnexione p̄ceptoz̄. ꝗb⁹ act⁹ ℞tutū repant. Primū ℞o vsqꝯ ibi. Utruz ℞o pariter. Scōm vsqꝯ ibi. Cū aūt duo sunt Tertium vsqꝯ ad finē dis. In speciali sūa magistri stat in trib⁹ propositionibus quarū prima est hec. Virtutes ita sunt cōnexe ꝙ vna sine oībus haberi non pōt Hanc mgr̄ insinuās querit vtrum virtutes sint cōnexe. ꝙ q̄ vnā habet oēs habeat. Et rñdet ꝙ sic. quod ꝓbat auctoritate be. Iero. qui dicit ipas sic sibi coherere vt q̄ vnā habet omnes habeat. ⁊ q̄ vna caret oībus caret qđ etiā ꝓbabile est. Naz ex quo charitas est oīm virtutum ⁊ legis plenitudo. igitur in quocunqꝯ est charitas in eo sunt oēs virtutes. Scōa ꝓpositio Quāuis virtutes inter se fore equales debeat teneri pñt tñ inequalit̄ a nobis haberi. Hāc mgr̄ ponēs querit vtrū habens oēs virtutes habeat eas equalit̄ vel inequaliter. Ad quaz questionē rñdendo ꝓmo recitat circa hoc opinionē cui non videt assentire. Et est opinio quorūdā dicentiū ꝙ alique virtutes habent magis alique minus ab hoībus ipas habentib⁹ sicut in Job viguit patientia. in Dauid humilitas. in Moyse māsuetudo. in Abraam fides. Et etiā isti dicūt ꝙ aliqui possunt plus mereri p vnā virtutem q̄ p aliaz ⁊ habent vnā plenius q̄ aliā. Iz tamen p nullam possint plus mereri q̄ p charitatē que charitas ꝓducit Postea ℞o ponit solutionez q̄stionis veriorē ꝺm opinionē aliorū cui dicunt ꝙ eo mō quo virtutes sunt simul in aliquo eodem modo sunt eiaz equales. ita ꝙ q̄ est par vel equalis alteri ī vna virtute. etiā est eidē equalis in omnibus. qđ postea auctoritate be. Aug. Respondet ad illud qđ prima questio inducebat scz ꝙ aliqs ꝺz excellere aliū in aliqua virtute: vt in fide Abraā. in patientia Job p̄cellebāt. Illud dicit mgr̄ fore intelligendū q̄tū ad vsum act⁹ interioris. s. ꝺm qđ vnus magis exequitur actum vnius virtutis q̄ actū alicuius alterius virtutis. Vel intelligendum eē dicit ꝙ illi hmōi virtutibus magis pollebant in comparatione ad alios hoīes et nō in cōparatiōe ad alias ℞tutes. Et hoc iterum confirmat auctoritate. Ex qua cōcludit ꝙ virtutes q̄tū ad substātiā seu essentiam habitus sūt equales si equaliter habent. sz q̄tū ad actū vna habet magis q̄ alia. Ex ista tñ non seq̄t vt dicit magister ꝙ etiam peccata sint equalia. qz nō equaliter sunt contra charitatē. sed vnum magis aliud minus. Tertia ꝓpositio est hec. Omnia p̄cepta decalogi ad duo p̄cepta charitatis referātur ⁊ p veram dilectionē dei ⁊ pximi adimplent. Hanc ponēs querit quomodo illud possit esse verū qđ in duobus p̄ceptis charitatis de dilectiōe dei et pximi lex pendet ⁊ ꝓphete. cū in lege et ꝓphetis multa cōtinent cerimonialia mandata que iam cessauerūt. vt circūcisio et cerimonie sacrificiorum que nec cessasse debuissent sicut nec charitas cessat Ad quod respōdet ꝙ ex quo cerimonialia imposita fuerunt in figura futurorum. ideo aduenient veritate cessare debuerunt. Nihilomin⁹ tñ ad charitatē referunt ꝺm spiritualez intellectū quē cōtinent. quod patet ex hoc ꝙ omnia que sunt in lege siue moralia siue cerimonilia. ad decē p̄cepta decalogi reducūt. Ex quib⁹ cetera manāt Et eodē mō ipa decē ad duo charitatis mādata tanꝯ ad suū finē referunt. Qđ auctoritate bea. Augus. pulchre declarās cōfirmat. Et tñ in speciali.

De decem preceptis quomodo cōtineant in duobus mandatis charitatis. a

Secunda distributio decalogi q̄ i duob⁹ mādatis cōplet cōsideranda est DI.XXXVII

Habet em̄ decalogus decē p̄cepta q̄ sunt decacordū psalterium. que sic sunt distributa. vt tria que sunt i prima tabula ptineāt ad deū. s. ad cognitionez ⁊ dilectionez trinitatis. Septem que sunt in secūda tabula ad dilectionē pximi. Augu. de. x. cordis.

De primo precepto. b

Primum in prima tabula est. Nō habebis deos alienos. non

facies tibi sculptile neq; omnem similitudi
nem ⁊c. Hec Origenes dicit esse duo man
data. sed Augusti. vnum. hoc enim ipsum
q; dixerat nō habebis deos alienos perfe-
ctius explicat cū ꝓhibet coli figmēta. s. ido
lum vel similitudinez alicui⁹ rei. Que duo
Origenes ita dicit distare vt idoluz sit qō
Quō idolum nihil esse ꝺz i mūdo. nihil habet sile sui. similitudo ꝙo qō habet
speciem alicuius rei. vt verbi grī. Si q̄s
in auro vel in ligno vel alia re faciat speci-
em serpentis vel quis vl' alicuis rei. Et sta
tuat ad adorandum. non idolum sed simili
tudinē fecit. Qui vero facit speciem quaz
nō vidit oculus sed animus sibi finxit. vt
si quis humanis membris caput canis vl'
arietis formet vel in vno habitu hominis
duas facies. non similitudinē sed idolū fa-
cit. q; facit qō nō habet aliquid simile sui.
Idco dicit apls. q; idolū nihil est in mun-
do. Nō em̄ aliqua ex reb⁹ constantib⁹ assu-
mitur species sed qō mens ociosa et curio-
sa reperit. Similitudo ꝙo est cum aliq̄d ex
his que sūt in celo vel in terra vel in aquis
formaf. Aug⁹ vero ita exponit illud. Idco-
lum nihil ē i mūdo. i. iter creaturas mundi
nō est forma idoli. materiam em̄ formauit
de⁹. sed stultitia hoim formaz dedit. Que-
cunq; facta sunt naturaliter facta sunt per
verbū. sed forma hominis in idolo non est
facta p verbū. sicut peccatum nō est factuz
Questio ī expoītiōe horū verboruz oia p ipsum facta sunt. p verbū. sed est nihil. ⁊ nihil fiunt homies
cuz peccant. Sed querif quomodo hic di-
catur forma idoli non esse facta p verbum
cum alibi legaf. Omnis forma. omnis cō-
pago. omnis concordia ptium facta est p
verbum. Hoc aūt a diuersis varie soluitur
Quidam enim dicunt omnem formam: et
quicquid est a deo esse inquātum est. ⁊ for
mam idoli inquantū est vel inquantū forz
ma ē a deo esse. sed non inq̄tum idoli est. i.
posita ad adorandū. In hoc em̄ nō est cre-
atura sed puersio creature. Sicut illud qō
peccatum est inq̄tum peccatū est nihil est.
Hiero. super Ezech. et homines cum peccant nihil fiunt. q; ab
illo qui vere est seperant. Unde Hieron y.
Quod ex deo nō est. qui solus vere est. nō
esse dicaf. Idcoq; pctm̄ qō nos a vero esse
abducit. nihil esse vel nō esse dicif. Alij ꝙo
dicūt omnē formaz que. s. naturaliter est. ⁊
omne quod naturaliter ē esse a deo. sed forz
ma idoli non est naturaliter. quia nature
iusticie non seruit. Id enim naturaliter ē
dicitur quod simplici nature iusticie que
De scdo pre-cepto. deus est militat. non resultat. et naturam
creatam non viciat. Secundum prece-
ptum est. Non assumes nomen dei tui in-
uanum. Quod est dicere fm litteraz. Non
iurabis p nihilo nomē dei. Allegorice ꝙo
precipitur vt nō putes creaturaz esse rp̄m
Aut enim viui accipiunt q̄ in aduētu eius viui reperient. licet in raptu moriantur. et mortui q̄ ante decesserant. vel viui et mortui q̄ accipiunt iusti ⁊ iniusti.

Quō omnes incorrupti. ℊ

Cūqz ex predictis

sane credi valeat omēs resurrecturos. credendum est etiā q̄ omnes resurgent incorrupti. nō vtiqz impassibiles. q̄ mortē pati entur eternam: sed sine diminutōe mēbroꝝ oia humani corpis habituri mēbra. nec tñ gl̄a ac specie impassibilitatis induent.

Jsta ē distinctio. xliij. huiꝰ quarti libri. In qua mḡr postq̄ superius egit de sacramētis. hic agit de resurrectione ⁊ gloria resurgentiuz ad quam sacramenta pducunt. ⁊ etiam p̄ oppositiuz de reprobozum pena. Et circa hoc tria facit. Primo eñ ostendit resurrectionis veritatem ⁊ eius tempꝰ. Secundo subdit sanctos hr̄e memoriā eoꝝ que. s. ꝑ sustinuerūt. Tertio annectit electoꝝ peccata nō publicari que hic confessi fuerūt. Primū facit a principio distinctōis vsq̄ ibi. Hic querit vtrū electis. Secundū vsq̄ ibi. Si ꝟo querit. Tertiū vsq̄ ad finē distinctionis. Jn spēali sententia mḡri stat in tribus p̄positionibus quarū p̄ma est hec. Juxta fidem ortho doxam ⁊ puram debemus credere omnem carnē resurrecturam esse. Hanc magister insinuans ꝓponit p̄mo resurrecturā futuram esse ⁊ fideles q̄ in christo dormierūt resurgent. qđ autozitate apostoli ꝓbat. Postea dicit q̄ causa resurrectiōis est vox tube. cuius virtute excitabunt mortui. que q̄dez vox dicitur tuba. q̄ est omnibus manifesta. dicit autē nouissima q̄ post eam non est alia. q̄ quidem vox alibi clamor ⁊ alibi vox filij dei appellatur. Vox aūt illa erit christi vel vnius vel plurimoꝝ angeloꝝ. Postea ostēdit resurrectionis tempus occultum esse ⁊ ignotū. ꝓpter quod medie nocti compar̄ cum dicit sponsus media nocte venturus. Scēa ꝓpositio est hec. Et si sancti p̄moꝝ maloꝝ memoriā habeant. hoc tñ nō erit eis ad glorie derogationem: sed magis ad gaudium et gr̄arumactionem. Hanc mḡr insinuans querit vtrū electi habeant memoriā p̄cedentiū malorum. Et respondet q̄ habeant malorū p̄tez memoriam. ex quo tñ in nullo ꝓtristabunt. nec eis erit ad penā vel glorie mínoratione vel derogationē: sed gr̄arumactionem. Tertia ꝓpositio est hec. Electoꝝ peccata p̄ penitentiam hic deleta ibi nō erunt alijs manifesta. Hanc mḡr insinuans subdit. q̄ etiam illo mō peccata tegunt que hic p̄ penitentiā sunt deleta. ita q̄ nullis manifestabunt. Alia ꝟo cunctis ꝓpalabuntur. Postea dicit sibi incertum esse vtruz aliq̄ sine morte ad iudicium pueniant. sicut videt dicere Hiero. De illis q̄ in aduentu viui rapient xp̄o obuiam. vel vtrū illi qui viui reperiet subito moriant. ⁊ sic ad resurrectionem transeant. qđ magis videt velle apl̄s. Ultimo dicit licet omnes resurgant incorrupti. i. cū membrorum integritate. non tñ omēs resurgent impassibiles in gl̄am. Et tñ in spēali.

De etate et statura resurgentiū. a

DI. X IIII

Dolent autem nonnulli percontari ⁊ querere: an in eadem etate ⁊ statura corporis omnes resurrecturi sint? Quidaz putauerunt omnes resurrecturos ꝑm mensuram etatis ⁊ statute christi. Jdeo q̄ apl̄s ait. Donec occurramus omnes in virum pfectum in mensuram etatis plenitudinis christi. Sed his verbis non eadem resurgentibus assignat statura: ꝑ etas. Oēs eñ in eadez etate resurgēt in qua xp̄s mortuꝰ est ⁊ resurrexit. cuiuscūq̄ etatis mortui fuerint. Virū aūt posuit non vt distingueret sexum: sed vt significaret pfectionē virium quam tūc habebūt. sed non omēs eandem Aug. in li. d ciui. dei
statura corporis obtinebunt. Vnd̄ Aug⁹. Non ait in mensuram corporis vl̄ statute: ꝑ etatis. q̄ vnusquisq̄ suam recipiet mensuram corpis quam vel habuit in iuuētute: etiam si senex obijt. vel fuerat habiturus si añ est defunctus. Etas ꝟo erit illa ad quā puenit xp̄s. s. iuuenilis. vt circa. xxx. ānos Triginta enim duum annoꝝ ⁊ trium mēsium erat etas christi in qua mortuus est ⁊ resurrexit. Non est autem fas dicere q̄ in resurrectione accedat corpi magnitudo quā nec habuit hic nec erat habiturū diu viuē do. nec maiora corpora redigenda sunt ad modum dominici corpis. Periret eñ multum de illis corporibus. cū nec peritur⁹ sit capillus. vt ait dominus. Capillus de capite vestro nō pibit.

¶ Q̄ resurget quicquid fuit de substantia et natura corpis et in eadē parte corpis. b

Non enī perit deo

terrena materies de qua mortaliuz creatur caro: sed in quemlibet puluerem cinerem ue soluatur in quoslibet alitus auraſq̄ diffugiat. ⁊ in quā cūq̄ aliorū corpoꝝ substantiam. vel in ipa elementa vertatur. in quorumcūq̄ animalium vel hominū cibū carnem q̄ mutetur. illi aīme in puncto temporis redit. que illam carnem p̄mitus vt homo fieret creſceret. viueret. animauit. Jpsa ḡ terrena materies que discedente aīma fit cadauer: non ita resurrectione reparabitur vt ea que dilabuntur. ⁊ in alias atq̄ alias rerum species vertuntur. quamuis ad corpus redeant vnde dilapſa sunt. ad easdem

q̄ corporis ptes vbi fuerūt redire necesse sit. Alioquin si capill' redit quod tā creb̄a tonsura detraxit. si vnguibus quod totiēs depr̄essit exectio. immoderata ⁊ indecēs cogitantibus resurrectiōem carnis. ⁊ ideo nō credentibus occurrit infirmitas. Sz quemadmodum si statua cuiuslibet solubil' metalli igne liquesceret: vel conterē in pulue rem: vel confunderē in massam. ⁊ eam vellet artifex rursum ex illius materia ⁊ quantitate reparare. nihil interesset ad eius integritatem que particula materie cui mēbro statue redderē. dum tm totū ex quo constituta fuerat restituta resumeret. Ita dei mirabilit̄ atq; ineffabilit̄ artifex de toto quo caro nostra extiterat. eam mirabili celeritate restituet. nec aliq̄d attinebit ad eius reintegrationem: vtrum capilli ad capillos redeant ⁊ vngues ad vngues. an q̄q̄d eorū pierat mutet̄ in carnem ⁊ in ptes alias renocet̄: curante artificis ꝓuidentia ne quid indecens fiat. Indecorū q̄pe aliq̄d ibi non erit. sed quicq̄d futurū est hoc decebit. quia nec futurū est. si nō decebit.

Carnis sitis ꝙ exemplū statue.

Q̄ sancti sine omni deformitate resurgent. c

Ag. Leodē.

Hoc autē in corporibus sanctorū intelligendū est. de quibus consequent̄ adiūgit. Resurgent q̄ sanctorū corpora sine vllo vitio. sine vlla deformitate. sicut sine vlla corruptiōe onere difficultate. in q̄bus tanta facilitas quāta felicitas erit. ꝓpter quod ⁊ spūalia dicta sunt. cū ꝓculdubio corpora sint futura: non spiritus Ex his apparet ꝙ vna erit etas oīm resurgētium .s. iuuenilis. statura ꝙo diuersa. scilicet quam q̄sq; habuerit in iuuenili etate. vt erat habiturus si añ est defunctus. Nec de sba qua hois caro creat̄ aliq̄d pibit: ꝙ oīm particulaꝝ ante dispersarū collectione reintegrabit̄ naturalis sba corporis. Sāctorumq; corpa sine omni vitio fulgida sicut sol: resurgent. ꝑscilis cūctis deformitatib' quas hic habuerūt.

Si mali tunc habeant quas hic habuerunt deformitates. d

Eg. Leuch

De reprobis autē queri solet an cū deformitatib' hic habitis resurgant: Hoc aūt Aug'. nō asserit: ꝙ dubium relinquit ita inq̄ens. Quicūq; abilla pditōis massa q̄ adam facta est non liberant̄ ꝓ xp̄m. resurgent q̄dem etiam ipsi vnusquisq; cū sua carne. ꝙ vt cū diabolo eiusq; angel' puniant̄. Utrū ꝙo ipi cum vitijs ⁊ deformitatibus suorū corporū resurgant quecūq; in eis gestarūt inq̄rendo laborare q̄d opus ē. Nō em fatigare nos dz incerta eorū habitudo vel pulchritudo q̄rum erit certa ⁊ sempiterna damnatio. Ecce non diffinit an tunc habeant deformitates q̄s hic habuerūt reproborū corpora.

Q̄ non consumunt̄ corpa que tūc ardebunt. e

Si ꝙo queritur de

corpibus malorū quō in igne ardeāt ⁊ nō ꝓsummant̄ Aug'. varijs exemplis astruit ⁊ sempiternis ignibus ea ardere ⁊ non cōsummi illa cōbustione. sicut anim' cui' presentia corp' viuit ⁊ dolorē pati pōt ⁊ mori non pōt. Hoc em erit tūc in corpib' dānatorū. q̄ nūc esse scim' in animis omniū.

Si demones corpali igne crematur. f

Queri etiam solet

an demones corpali igne ardeant? Ad q̄ Aug'. rñdens ait. Cur non dicam' q̄uis miris veris tm modis etiam spūs incorporeos posse pena corpalis ignis affligi. si spiritus hoim etiam ipi incorpei ⁊ nūc potuerunt includi corpalibus mēbris. ⁊ tūc poterunt corpoꝝ suorū vinculi insolubilit̄ alligari. Gehenna ulla q̄ stagnum ignis et sulphuris dicta est. corpeus ignis erit. ⁊ cruciabit̄ damnatorū corpa hoim vl̄ demonū ꝙ solida hoim. aerea demonū. Unus enim vtriusq; ignis erit. vt veritas ait. De q̄ igne si queri. qualis vel vbi sit? Aug'. sic respōdet. Ignis eternus cuiusmodi sit: ⁊ in qua mūdi vel rerū ꝓ futurus sit. hoiem scire arbitror neminē nisi forte cui spūs diuinus ostendit.

Aug'. super Genesim

Qualis vel vbi sit ille ignis.

Si aie sine corpibus sentiūt ignez corpalem. g

Cum autem cōstet

animas igne materiali in corporibus cruciandas: queri solet. an interim ante resurrectionem corporum anime defunctorum

reprobor̃ materiali igne crement? De h̃
Julianus. Julianus toletane eccl̃ie episcopus Gre
gorij dicta secutus ita scripsit. Si viuentis
homis incorporeus sp̃us tenet in corpore:
cur non post mortem etiam corpeo igne te-
neatur? Teneri aũt p ignem sp̃m dicim?:
vt in tormentis ignis sit. videndo atq; sen-
tiendo. Q̃ autem non solum videndo: s̃ eti
am experiendo anima ignis tormentuz' pa-
tiatur. ex euangelio colligitur vbi veritat̃
voce diues mortuus dicitur in inferno se-
pultus. cuius anima q̃ in igne teneat̃ insi-
nuat cum Abraaz dep̃catur dicens. Mit
te Lazarum vt intingat ex. di. s. in a. vt re.
lin. m. q̃ cru. in hac flamma. Dum g̃ pecca
torem diuitem damnatum in ignibus veri
tas p̃hibet. quis sapiens reproborũ aimas
teneri ignibus neget? ℣ Precipue cũ huma-
nam animam corporis similitudinem h̃re
Augusti. doceat Aug?. ita inquiens. ℣ Profiteri ani-
sup Gen̄. mam habere posse similitudinem corporis
& corporalium omnino membrorũ quis̃q;
renuit. potest negare animam esse q̃ in som-
nis videt vel ambulare se vel sedere vl̃ huc
atq; illuc gressu vel etiam volatu ferri. hoc
sine quadam similitudine corporis non fit.
℣ Proinde si hanc similitudinem etiã apud
inferos gerit. non corpalem: s̃ corpori simi
lem. ita etiam in locis videtur esse non cor-
poralibus: sed corporalium similibus siue
in requie siue in doloribꝫ. In Cassiani etiã
voluminibus legitur q̃ non sint ociose. ne
q; nihil non sentiant. cum diues ille in in-
ferno se flamma cruciari clamat. Unde p̃
batur animas defunctorũ non solũ suis sen
sibus non p̃uari: s̃ nec istis affectibus scili-
cet spe tristia. gaudio ac metu carere. et ex
his q̃ sibi in illo generali examine reſuam-
tur eas quedam iam incipe p̃gustare.

De abortiuis fetibus et mon-
stris. h

Illud etiaz inuesti-

gari oportet. si a bortiui fetus & mõstra re-
Au. I ench. surgent & qualia. De quo Augusti. ita ait
Occurrit de abortiuis fetib? questio: qui
iam nati sunt in vteris matrum. sed nõ ita
vt iam possint renasci. Si enim resurrectu-
ros eos diximus. De his qui iaz forma
ti sunt tolerari potest vtcunq; quod dicit.
Attende Informes ꝯo quis non prociuius perire
arbitretur. sicut semina que concepta sunt
non fuerunt. Scrupulose quidem inter do
ctores queri ac disputari potest. quãdo in
cipit homo in vtero viuere. an sit quedam
vita occulta que nondũ motibus viuentis
appareat? Negare eñ vixisse puerperia: q̃
ideo membratim excecant̃ vt ej̃ciantur ex
vteris pregnantiñ. ne matres etiam si mor
tua ibi relinquant̃ occidant. impudẽtia ni
mia videtur. Ex quo autem incipit hõ vi-
uere ex illo vtiq; iam mori potest. mortuus
ꝯo vbicunq; illi potuit mors euenire quõ
ad resurrectionem non p̃tineat. repire ne- De mõstris
queo. Neq; enim & monstra qua nascunt̃
& viuunt q̃tumlibet cito moriantur aut re
surrectura negabuntur: aut ita resurrectu-
ra credenda sunt. sed potius correcta eoruz De bimẽbr
emendataq; natura. Absit enim vt illum
bimembrem quem nuper natum in oriente
fratres fidelissimi qui eum viderunt retule
runt. Et sanctus Hiero. scriptum reliquit.
& vnum hominem duplicem ac non poti?
duos: quod futurum erat. si gemini nasce-
rentur resurrecturos estimemus. Ita & ve
tera que nimia deformitate monstra dicun
tur. ad humane nature figuram resurrecti-
one reuocabunt̃.

Ista ẽ distinctio. xliij. hui? quar
ti libri. In qua mgr̃ post̃ determinauit de veritate
resurrectionis & eius conditionibus. Hic determinat
de conditione resurgentium. Et duo facit. Primo i
vestigat in qua etate resurgent. Secundo quomo-
do oẽs resurgent in pfecta oĩm mẽbror̃ integritate.
Primũ vsq; ibi. Non enim perit. Secunduz vsq; ad
finem distinctionis. In speciali sententia mgr̃i stat i
duabus ꝓpositionibus quaruz ꝑma est hec. Absq;
vlla ambiguitate omnes homines resurgent in per-
fecta etate qua x̃ps resurrexit: sed non in eadem sta
tura. Hanc magister insinuans dicit q̃ omnes homi
nes resurgent in etate qua x̃ps resurrexit. sed nõ in
statura x̃pi. sed quilibet in statura sua resurget quaz
prius habuit in iuuenili etate Vel quam si ante obijt
habiturus erat circa. xxx. annum. Secunda propo-
sitio est hec. Et si generaliter omnes resurgent cum
omni membrorum integritate. specialit̃ tñ electi abs
q; vllo vitio resurgẽt & deformitate Hãc mgr̃ ponẽs
dicit q̃ oẽs homines cũ mẽbrorũ integritate resurgent.
In quodcũq; eñ elementũ transeat materia corpis
hũani. illi corpori reddet̃ vbi prius fuit aimata. Ita
tamen q̃ non tota materia reddet̃ illi parti. sed tota
toti corpori reddetur ordinata sine omni indecentia
Sicut eñ statua alicuí? solubilis metalli igne liquc-
sceret vel conteretur in puluerem. vel ꝑfunderetur
in massam. & eam vellet artifex rursum ex illius ma-
teria & quantitate reparare nihil interesset ad eius
integritatem que materie particula redderetur illi
vel illi membro statue. dum tamen totum ex quo cõ-
stituta fuerat restituta resumeret. sic in resurrectiõe
nihil interest que pars materie ex qua corpus cõsti-
terat ad particulaz corporis redeat. ex quo nihil de
materia peribit. sed tota materia toti corpi sine vlla
indecentia reddetur. Ultimo gloriam corpoz resur
gentium ponit dicẽs q̃ corpora sanctorũ resurgẽt sine

vlla incorruptione. qz incorruptibilia z impassibilia sine vlla oneris difficultate. qz erũt subtilia z agilia Et addit mgr̃ sine vicio z deformitate. quia erunt sicut sol fulgida sine vlla corruptione tẽ. Et addit magister q damnati etiam cum membris suis resurgẽt incorrupti z cum integritate membrorũ. Utrũ autẽ resurgent cum deformitatibus quas p̃us habuerũt Aug⁹. non vult determinare. nõ eñ ſm ipm debet animos fatigare incerta eorũ habitudo seu pulchritudo quorũ est certa z eterna damnatio. Ultio querit vtrum abortiui fetus z monstra resurgent? Et respondet dicens de abortiuis. q si aliqñ virerunt: resurgent. alioqn non. de monstris etiaz dicit q resurgent: sed non monstra. qz monstra fetus z abortiui resurgent absq deformitate z mõstruositate. Et tm̃ in spẽali.

De diuersis animarum receptaculis. a

II. XLV

DEterea sciendum est q omnes aiẽ (vt ait Aug⁹) cum de hoc seculo exierint diuersas habent receptiones. bone habent gaudium. male vo tormenta. Sz cuz facta fuerit resurrectio. z bonorũ gaudium amplius erit. z malorũ tormenta grauiora quando cum corpore torquebunt Ex his ostendit q maius erit gaudium sancto ũ in resurrectiõe z post: qz fuerit ante. z q diuersa receptacula habebunt aiẽ sanctorũ De quibus idem Aug⁹. ait. Temp⁹ qõ int̃ hominis mortem z vltimã resurrectionem interpositũ est. animas abditis receptacul' continet. sicut vnaquecz digna est vel reqe vel erumna pro eo quod sortita est in carne dum viueret.

1. sup Jo.

Eg. de verb apostoli.

De suffragijs defunctorũ. b

NEqz negandũ est vt ait Aug⁹. defunctorũ aiaz pietate suorum viuẽtiũ releuari. cum p illis sacrificiũ mediatori offertur vel elemosyne fiũt in ecclesia. Sed hec eis tm̃ psunt q cũ viuerent hec sibi vt postea possent pdesse meruerũt Est eñ quidam viuendi modus nec tã bonus vt non requirat ista post mortem. nec tam malus vt ei non pſint ista post mortẽ. Est vo talis in bono vt ista non requirat. z est rursus talis in malo. vt nec his valeat. cũ h vita transierit: adiuuari. Quo circa hic omne meritum comparat quo possit post hanc vitam quispiam grauari vel releuari. Nemo autem speret quod hic neglexit cum obierit apud deum promereri. Non ergo ista que pro defunctis commendandis frequentat ecclesia illi apostolice sunt aduersa sententie qua dictum est. Omnes stabimus ante tribunal christi. vt referat vnusquisqz ſm ea que per corp⁹ gessit. scilicet bona vel mala. quia etiam hoc meritum sibi quisqz cum in corpore viueret cõparauit. vt possent ei ista pdesse. Nõ enim omnibus prosunt. z quare? Non nisi propter differentiam vite quam quisqz gessit i corpore. Cum ergo sacrificia siue altaris siue quarũcunqz aliarũ elemosynaruz p baptizatis omnibus offerunt. p valde bonis gr̃arumactiones sunt. p non valde malis sunt ppiciationes. Sed pro valde malis. z si nulla sunt adiumenta mortuoz. tamen qualescunqz viuorum consolationes sunt. Quibus vo prosunt. vel ad hoc prosunt. vt sit plena remissio. vel certe vt tollerabilior sit ipa damnatio. Orationibus ĝ sancte ecclesie z sacrificio salutari z elemosynis que pro eorum spiritibus offeruntur. non est dubium mortuos adiuuari. vt cuz eis misericordius agatur a domino: qz eorum peccata meruerunt. Hoc enim a patribus traditum tota obseruat ecclesia. Ut p eis qui in communione corporis z sanguinis domini defuncti sunt. cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorentur oretur ac pro illis quoqz id offerri commemorek. Non est ergo ambigẽdum ista prodesse defunctis. sed talibus qui ita vixerunt ante mortem: vt possint eis hec vtilia esse post mortem. Nam qui sine fide operante p dilectionem eiusqz sacramentis de corpe exierunt. frusta illis a suis huiusmodi pietatis officia impenduntur. cuius dum hic essent pignore caruerunt. non misericordiam sibi thesaurizantes: sed iram. Non ergo mortuis noua merita comparantur cum p eis aliquid boni operantur sui. sed eorum precedentibus, consequentia ista redduntur. Nam istam quisqz finiens vitaz: nisi quod in ea meruerit: non poterit habere post eaz Ecce quibus z qualiter prosint illa que p defunctis frequentat ecclesia. mediocriter malis suffragant ad penemitigationẽ. mediocrit bonis ad plenã absolutionẽ. Qui non habent tãte pfectionis merita vt nõ indigeãt iuuari p paupes quoz est regnum celorũ quos si fecerũt amicos de mãmona inquitatis. Quorũ tanta est pfectio vt his

Aug⁹. in sermone de verbis apostoli.

1 G. Iench

Saibus pro
ſ: oꝛoes et
e nosyne et
ſ: rificium et
ẽ ōi.

adiutorijs nō indigeāt: quales sūt apostoli ⁊ martyres. Ut eñ ait Aug⁹. Iniuria ē p martyre orare in ecclesia. cui⁹ nos debemus orationibus cōmendare. p alijs autē defunctis orāt.

Aug. de verbis apli

De officijs sepulture. c

De pompis ꝟo exequiarū idem Aug⁹. ita dicit. ꝑpompa funeris agmina exequiaruꝫ. sumptuosa diligentia sepulture. viuorū sunt qualiacunq; solatia: nō adiutoria mortuorū. Quia si aliquid ꝓdest impio sepultura p̄ciosa. obierit pio vilis vel nulla. ꝑpreclaras exequias in conspectu hoīm purpurato illi diuiti exhibuit turba famulorū. ꝙ m̄to clariores i cōspectu dñi v' ceroso illi pauperi ministeriū exhibuit angelorū. qui eū extulerūt non in marmoreū tumulū: ꝙ in Abrae gremium. Sit tñ cura mortuos sepeliendi ⁊ sepulcra construendi. q̄ hec in scripturis sanctis inter bona opera deputata sunt. nec solum in corpibus patriarcharū aliorūq; sanctorū. sed etiam in ipius domini corpore q̄ ista fecerunt laudati sunt. Impleant igit̄ homines erga suos officia postremi muneris et sui humani leuiamenta meroris. Ueruꝫ illa que adiuuant spiritus defunctorum scilicet oblationes orationes multo obseruantius ꝓcurent.

Aug⁹. in sermone de verbis apostoli.

Aug. i eodē.

De duob⁹ bonis quorū alter plura post mortē habet auxilia. d

Bolet moueri questio de duobus vno diuite altero pauperе pariter sed mediocriter bonis q̄ ꝓdict̄ suffragijs indigent ⁊ meruerunt piter p⁹ mortem iuuari. pro altero ꝟo id est pro diuite speciales ⁊ cōmunes fiunt orationes multeq; elemosynarum largitiones. pro paupe ꝟo non fiunt nisi communes largitiones ⁊ orationes. Queritur ergo an tñ iuuet̄ pauper pauciorib⁹ subsidijs quantuꝫ diues amplioribus. Si non pariter iuuatur: non ei redditur ꝑm merita. Meruit enim pariter iuuari. quia pariter boni extiterunt. Si ꝟo tantum suffragij consequit̄ quantuꝫ diues: quid contulerūt diuiti illa specialiter p eo facta? Sane dici potest non ei magis valuisse generalia ⁊ specialia q̄ pauperi sola generalia suffragia. ⁊ tamen p⁹fuerunt diuiti specialia non quidez ad aliud vt̄ magis aliquid. sed ad idez ad quod generalia vt ex pluribus ⁊ diuersis causis vnum p̄ciperetur emolimentum. ꝑpotest tamen dici aliter illa plura subsidia contulisse diuiti celeriorem absolutionem: nō pleniorem.

Respōsio.

Secunda ratio

Quibus suffragijs iuuabunt̄ mediocriter boni qui in fine inuenient̄ur. e

Bed iterū querit̄ de aliquo mediocriter bono qui talib⁹ indigens suffragijs in ipo consummatōis articulo cum reliquis migrabit: si salu⁹ fuerit. ꝑpro eo non offertur viterius sacrificiū vel oratio vel elemosyna. nec habebat tante perfectionis merita. que his suffragijs non egerent. Nunquid ergo saluabitur? Estimo eum quasi per ignem transeuntem saluari meritis ⁊ intercessionibus celestis ecclesie. que p̄ fidelibus semper intercedit voto ⁊ merito donec impleat̄ xp̄s.

Quomodo sancti glorificati audiunt preces supplicantium et quomodo intercedunt ꝓ nobis ad dominum. f

Bed forte queris nunquid preces supplicantiū sancti audiūt ⁊ vota postulantiū in eorum noticiaꝫ perueniūt? Non est incredibile animas sanctorum que in abscondito faciei dei veri luminis illustratione letantur: in ipius contemplatione ea que foris agunt̄ intelligere. q̄tum vel ill' ad gaudiū vel nobis auxilium ptinet. Sicut eñ angelis ita ⁊ sanctis qui deo assistunt petitiones nostre innotescunt in verbo dei quod contemplantur. vnde ⁊ dicuntur angeli orationes ⁊ vota nostra offerre deo. non quia eum doceant. ꝙ qz eius voluntatem sup eis ꝓsulūt. Unde Aug⁹. Angelis qui sunt apud deum innotescunt petitiones nr̄e vt quodammodo eas offerant deo ⁊ de his cōsulant. ⁊ quod deo iubente implenduꝫ esse cognouerint. hoc nobis euidenter vel latenter reportēt. Unde ⁊ angelus hominibus ait cuꝫ orabatis oratiōnem vestram obtuli deo. Ad omia quidem sciendā sufficit deo sua perfectio. habꝫ tamen nuncios. id est angelos. non qui ei

Aug. in li. de orāndo ad deum.

Ezech. in li. xv de ciui. que nescit annũciẽt. (Nõ enim sunt vlla q̃ nesciat) ꝙ bonũ eorũ est de opibus suis ei⁹ ꝓsulere veritatem. ⁊ hoc est qđ ei dicuntur nõnulla nũciare. non vt ipe ab eis discat: ꝙ vt ab eo ipi p ✠bum eius sine corpali sono nunciãt etiã qđ voluerit ab eo missi ad q̃s voluerit. totũ ab illo p illud ✠bum eius audientes. i. in eius veritate inueniẽtes q̃d si bi faciendũ: quid q̃bus ⁊ qñ nunciandum sit. Nam ⁊ nos orantes eũ. nõ eũ docemus q̃ nouit (vt ait ✠bus eius) pater vester q̃d vobis necessariũ sit priusq̃ petatis ab eo.

Aug. in li. de gñ. ad lit. Nec ista expte cognouit: ꝙ futura oĩa temporalia atq; in eis etiam q̃d ⁊ qñ ab illo petituri fueramus. ⁊ quos ⁊ de q̃bus reb⁹ vl exauditurꝰ vel non exauditurus esset sine initio añ ꝓsciuit. Nõ g̃ ō: angelus orationes nr̃as offerre deo. q̃si deus tunc nouerit q̃d velimus ⁊ quo indigeamus q̃ oĩa añq̃ fiãt sicut ⁊ postq̃ facta sunt: nouit. sed q⁹ necesse habz rational' creatura tpales causas ad eternã veritatẽ referre siue petendo q̃d erga se fiat. siue ꝓsulendo q̃d faciat.

Qđ dictum est de angelis attribuit sanctis animabus. g

Si autem angelia

deo p ✠bum eius discunt petitões nostras ⁊ quid de his implendum sit ⁊ q̃d nõ. Cur non credamus ⁊ animas sanctorum dei faciem contemplantiũ in eius veritate intelligere p̃ces hominũ. ⁊ que implende sint vel non. Inde est q̃ deus dicitur exaudire p̃ces quorũdam non solũ quãdo effectu mãcipãt: sed etiam qñ innotescit curie angelorum ⁊ sanctarũ animarũ quid inde futurũ sit vel non. ⁊ quid cognoscunt in dei volũtate esse volunt ⁊ ipi. Adeo eñ supne volũtati addicti sunt: vt nihil p̃ter eius volũtatem queant velle. Intercedũt g̃ ad deũ p nobis sancti. ⁊ merito: dum illorum merita suffragantur nobis. ⁊ affectu dum vota nostra cupiunt impleri. Quod tamen non faciunt: nisi in voluntate dei implenda didicerint. Oramus ergo vt intercedant p nobis. id est vt merita eorum nobis suffragentur. ⁊ vt ipi velint bonum nostrum. q̃ eis volentibus deus vult et ita fiet. Ex premissis constat q̃ cum quibusdam misericordi⁹ agit deus q̃ eorum peccata meruerit. s. cũ mediocriter malis: qui suffragijs eccle iuuantur.

Ista est distinctio. xlv. hui⁹ quarti libri. In qua mg̃r postq̃ ostensum est de his q̃ ad resurrectionẽ ptinent. hic determiat de his que ptinent ad resurgentiũ remunerationẽ ⁊ punitionẽ. Et circa hoc tria facit. Primo eñ ostẽdit quõ aime q̃ cito a corpibus sepant habitacul' iuxta sua merita vel demerita reddant. Scõo quõ defunctis exequie viuorũ p eis facte suffragant. Tertio inquirit vtrum bti in patria p nobis depcent. Primũ facit vsq; ibi De suffragijs defunctoꝝ. Scõm vsq; ibi. Sz forte q̃ris. Tertiũ vsq; ad fi. distin. In spẽali sñia mg̃ri stat in tribus ꝓpositionibus quaꝝ ꝑma est hec. Quam cito aime in morte a suis corpibus sepant mox p mõ suorũ meritorũ diuersis habitacul' reddentur. Hãc mg̃r ponens dicit q̃ anime defunctorũ iuxta sua merita diuersis habitaculis reddentur vsq; ad diez iudicij. Post iudiciũ ✠o earum pena vel gloria augebitur. quod auctoritate beati Augu. ꝓbat. Eũ infero q̃ sicut facta resurrectiõe pena malorũ auget. ita gl'a seu beatorũ gaudiũ plus ꝓficietur. Scõa ꝓpositio est hec. Illi de orationibus ⁊ elemosynis ecclesie illic hunc ꝓfectum recipiũt: q̃ hic talia vt eis ꝓfecerint meruerũt. Hanc mg̃r insinuans dicit mortuos viuorũ suffragijs iuuari. si tñ hoc meruerũt dum viuerent. Postea subdit q̃ ista que hic ꝑ defunctis frequentat ecclesia mediocriter malis suffragant q̃d pene mitigationem. ⁊ mediocriter bonis ad pene solutionem. Et facta ꝑ valde bonis qui suffragijs non indigent sunt gr̃arum actiões. ⁊ facta ꝑ summe malis qui iuuari non possunt. q̃uis nõ sunt eis adiumẽta: sunt tamen ad viuentiũ consolationem. qđ auctoritate beati Augustini cõfirmat. Postea dicit q̃ pompe que fiunt in obsequijs sunt ad viuorũ solaciũ: nõ ad mortuorũ suffragiuz. laudabile tamẽ ẽ circa mortuorum sepulturam curam impendere. Postea monet questionem de diuite ⁊ paupe: quorũ vterq; cum sit mediocriter bonus suffragijs indiget. ⁊ ambo pariter post mortem meruerũt iuuari. ⁊ ꝑ diuite fiunt multa suffragia generalia ⁊ specialia. ꝑ pauꝑe ✠o tñ generalia. vtruz iuuetur pauper pauciorib⁹ suffragijs q̃tum diues amplioribus. Et videtur q̃ sic. q̃ vterq; meruit iuuari ⁊ equaliter boni fuerũt. Contrarium aũt videtur quia ats nihil conferrent specialia suffragia diuiti ꝓ eo facta. Et respondet magister q̃ tantũ valent pauperi sola generalia suffragia q̃tum diuiti generalia ⁊ specialia suffragia. ⁊ tamen ꝓfuerunt specialia suffragia diuiti non ad aliud vel maius aliquid: sed ad idem ad quod generalia vt ex pluribus causis vnum ꝓficeret emolimentum. Vel potest dici illa plura suffragia diuiti cõtulisse ecclesiorem absolutionem ⁊ non pleniorẽ. Postea querit de illo qui suffragijs indiget ⁊ moriat in ipa consummatione seculi quando vlterius suffragia impendi non poterunt vtrum talis saluabit̃? Et respondet q̃ tal' ꝑ ignem tunc futurum ⁊ ꝑ orationes celestis ecclesie saluabit̃. Tertia ꝓpositio est hec. Angeli orationes nostras deo offerunt. ⁊ ea que hic apud nos agũtur recognoscunt. Hanc magister insinuans querit. vtrũ sancti p̃ces nostras ⁊ vota sibi porrecta audiant ⁊ sciant? Et respondet q̃ angeli ⁊ sancti diuinã faciem videntes ea que apud nos geruntur cognoscunt q̃tum ad eorum gaudium ptinet ⁊ nostrum auxilium. vnde ⁊ angeli dicũtur orationes nostras semp offerre deo. non tamẽ deum instruentes: sed quid circa nos agendum sit ad eius veritatem ducentes. vnde p̃ces nostre dicunt exaudite quãdo celesti curie earum exauditio innotescit: seu earũ euentus futurus manifestat. Et tñ in spẽali.

Si valde malis detur mitigatio pene. a

DI.XLVI

Sed queritᵗ hic de valde malis. vtruz ꝛ ipi i aliqua penarum mitigatione dei miscdiam sentiãt vt minus ꝙ meruerit puniantur? Quidã autumant eos nullaz releuationẽ pene habituros. qđ ꝓfirmãt Jacobi autoritate dicẽtis. Judiciũ sine miscdia fiet illi ꝙ non fecit miscdiam. Augᵒ. etiã ait Misericordia hic. iudiciũ in futuro. Jdez distinguẽs quõ oẽs vie dñi sint miscdia et veritas ait. Erga sanctos omẽs vie dei misericordia. erga iniquos omnes veritaſ. qz ꝛ in iudicando subuenit. ꝛ ita non deeſt misericordia. ꝛ in miserando id exhibet qđ ꝓ misit. ne deſit veritas. Erga omnes autem quos liberat ꝛ damnat oẽs vie sunt miseri cordia ꝛ veritaſ. qz vbi non miserek: vindicte veritas datur. Dicẽs vbi nõ miseretur dat intelligi aliq̃d a deo fieri vbi ipẽ nõ miserek. Sed his occurrit qđ ait Caſſio. sup Psalᵐ. l. loquens de misericordia et pietate dei. Hꝫ due inquit res iudicio dei semp adiuncte sunt. Ergo ꝛ in punitione malorum non est iusticia sine miscdia. Jdem de iudicio ꝛ misericordia ait. Hec duo mutua societate sibi iunguntur. Jn his breuiᵗ omnia opera dei includit. Augᵒ. ꝙ respõdenſ illis qui reprobozũ supplicia finem habitura contendunt. ita illorum repellit opinionem. asserens reprobos ꝓpetuo puniẽdos vt eorum supplicia mitigari aliquatenᵘ nõ neget. Fruſtra inquit nõnulli eternã damnandorum penam ꝛ cruciatus sine intermissione ꝓpetuos humano miserenᵗ affectu. atꝙ ita futurũ esse nõ credũt. Nõ quidem scripturis aduersando diuinis: sed ꝓ suo motu dura quecꝙ molliendo ꝛ in leuiorem flectendo sniam. q̃ putant in eis terribilius esse dicta ꝙ veriᵘ. Non eñ (inquiũt) obliuiscᵗ misereri deᵘ. aut contineat in ira sua miserikordias suas. Hoc q̃dez in psalterio legiᵗ. sed de his intelligiᵗ q̃ sunt vasa miserikordie. qz ꝛ ipi non ꝓ meritis suis: sed deo miserante de miseria liberanᵗ. Aut si h̃ ad omnes estimant ꝓtinere. non tõ necesse est vt damnationem opinenᵗ finiri posse eorum. de q̃bus dictum est. Jbũt hꝫ in supplicium eternũ. Ne hoc mõ putek habitura finem felicitas eorũ. de q̃bus econtrario dictum est. Justi aũt in vitã eternã. Sed penas damnatorum certis temporib' estimẽt (si hoc his placet) aliquatenus mitigari. Et sic quipe intelligi põt manere ira dei in illis. i. ipa damnatio. Hec eñ vocatur ira dei non diuini animi ꝓturbatio. vt in ira sua. i. manente ira sua nõ cõtineat miserationes suas. nõ eterno supplicio finẽ dando. sed leuamen adhibendo, vel interponẽdo cruciatibus. qz nec psalmus ait ad finiendam iram suã vel post irã suã. sed in ira sua Que si sola esset: alienari a regno dei ꝛ carere magna multitudine dulcedinis dei tam grandis tñ est pena. vt ei possint nulla tormenta q̃ que nouim' cõparari. si illa sit eterna. ista aũt sit quãlibet multis seculis longa. Manebit ergo sine fine mors ꝓpe tua dãnatoꝝ. et ipa omnib' erit cõmunis. sicut manebit cõmuniter oim vita eterna sanctoꝝ. Ecce ita asserit hic penas reprobozum nõ esse finiendas. qđ nõ improbat si dicatur eoꝝ supplicio aliqđ leuamen adhiberi. Unde nõ incongrue dici põt deuz et si iuste id possit. non omnino tñ punire malos in futuro quãtũ meruerunt. sed eis aliquid ꝙtũcũꝙ mali sint đ pena relaxare

Augᵒ. super octonarium.

Au. l ench. cõtra illos q̃ asserũt malorum cruciatᵘ terminãdos.

Determinat premissas autoritates. b

Quod ergo dictuz est iudiciũ sine miserikordia fieri illi q̃ non fecit miserikordiã. ita intelligi põt. Qꝫ iudicium damnatiõis fiet illi q̃ nõ fecit miserikordiam. ꝓ eo q̃ fuit sine miserikordia. vel fiet iudicium ei sine miscdia. liberante ꝛ saluante. qui tñ in aliq̃ pene alleuiatiõe miserikordiam dei sentiet. Jta cum dicit miserikordia hic. iudiciũ in futuro. nõ negat q̃n i futuro sit miscdie effectus ꝛ in electis qui ꝓ miserikordiã ab oi miseria liberabunt. ꝛ in reprobis qui minus ꝙ meruerit cruciabũtur. Sed hic non sine causa dicitur fieri dei miserikordia: ꝛ iudiciuz in futuro. qz ꝛ hic multis modis miseretur deus. q̃bus nõ miserebit tunc. Vocat eñ deus nunc peccatores et iustificat. qđ tunc non faciet. ꝛ tũc reddet singul' ſm merita sua. manifeste iudicabit: qui nunc occulte iudicat. Cui' occultũ iudiciũ (vt ait Augᵒ.) intelligitur pena qua quiscꝙ vel exercek ad purgatiõz vel mouetur ad conuersionem. vel si contemnit excecatur ad damnationez. Occultum ergo iudiciũ dei pena dicitur. qua iudiat purgando. conuertendo vel excecando. Judicia quoꝙ dei interdum appellanᵗ dispensationes eius de omnibus rebus

De occulto iudicio. Augᵒ. sup psal. viij.

De sententia iudicis. Añ. Quã incõprehẽsibilia sũt iudicia ei⁹ et iudicia ei⁹ abyssus multa. Judiciũ autẽ quo in futuro iudicabit. intelligitur sentẽtia iudicis qua ventilabitur area. i. diuidẽtur localiṫ boni a malis ministerio angelorum. et isti in vitam ducenṫ. illi in supplicium mittenṫ qui nunc simul mixti sunt.

De iusticia ⁊ misericordia dei. c

Sed quomodo iusticiam dei et pietatem. id est misericordiã supra cossiodorus duas esse res dixit. que semper adiuncte sunt iudicio dei Justicia eñ dei et misericordia nõ due res sunt sed vna res. i. vna diuina essentia est. sicut supra pluribus autoritatibus ostensum est.

De opib⁹ iusticie et misericordie dei ⁊ bonitatis. Quia nõ est deo aliud esse misericordez q̃z misericordiã. nec iustũ quaz iusticiam. sed idem prorsus. Nec aliud est ei esse misericordem q̃z iustum. vel misericordiã q̃z iusticiam sed omnino idem. quia nõ denomiatiue sed essentialiter hec de deo dicuntur. Cur ergo dicit scriptura de operibus dei quedã esse misericordie. quedam iusticie? Si enim iusticia dei misericordia est. que/cunq; sunt opera misericordie. esse viden/

Respõsio tur iusticie ⁊ ecõuerso. Ibis responderi potes sic. illis locutionib⁹ quibus huiusmodi opm fiunt distinctiones. vt alia misericordie. alia iusticie. alia bonitati attribuantur. nõ diuersitas subiacẽtis. id est rei his vocabulis significate exprimitur sed varietas sensuũ et effectuum in creaturis monstratur. Cum eñ dicitur deus iustus vl iusticia. essentia diuina predicatur. et etiã q ipse sit distributor. et iudex meritorũ itelligi datur. Jta ⁊ cum dicit misericors. essentia diuina predicaṫ. et insuper q ipse sit miseroz liberator intelligi datur. Similiṫ cũ dicitur bonus. essentia diuina predicatur: Et cũ dr deus. et insup auctor omniuz bonorum ostendiṫ. Jta et cum dr deus. essentia diuina predicaṫ. ⁊ ipse timendus oñditur. Jnde ergo quedã opa misericordie q̃dam iusticie dicunṫ. nõ quin diuina essentia hec et illa operet. et quin hec et illa sint opa diuine essentie que dicit misericordia et iusticia. sed qz quedã sunt quibus iudex et equus distributor. quedã quibus ostenditur miserator. Misericors eñ dicitur in natura miserator in exhibitione. ⁊ in q̃busdam operibus dicitur effectus esse misericordie in quibusdaz effectus iusticie. nõ q aliõ efficiat iusticia. aliud misericordia dei si ad essentiam referas. sed qz ex quibusdã effectibus intelligiṫ iudex. ex quibusdam miserator. vel vt quibusdã placet iustus ⁊ misericors. Sed ſm hoc occurrit q̃stio. qõo ex alijs ostendaṫ iustus et ex alijs misericors cũ sit idem ei esse iustũ et esse misericordem? Si eñ ſm eandẽ rationez dr iustus et misericors. ex eo ope quo intelligiṫ iustus intelligitur misericors et econuerso Sed dixi supra qz dũ dr deus iustus et misericors ita eadẽ dina essentia significaṫ. et ſm eã idẽ p̃dicaṫ vt etiã quedã diuersa intelligaṫ. Jntelligimus eñ p hoc eũ eẽ miseratorẽ ⁊ iustũ iudicem. Qd̃ euidenṫ Ori Origenes ostendit dicẽs. Omnia que dei sunt chr̃istus est. ipse sapientia eius. ipe fortitudo. iusticia. sanctitas. ipe prudẽtia. Sz cũ vnuz sit in subiacenti ꝓ varietate sensuum diuersis nuncupaṫ vocabulis. Aliud eñ significat sapientia. aliud iusticia. Quãdo eñ sapiẽtia dr. disciplinis te diuinarũ humanarum q̃ rerum instruere intelligitur. Quãdo iusticia. distributor vel iudex meritorũ insinuatur. Jta et prudentia cũ dr. doctor et demonstrator bonarũ vel malarum rerũ vel neutrarũ intelligiṫ.

Autoritatibus probat quedam iusticie. alia misericordie. alia bonitati attribui. d

Q; aũt quedã opera misericordie. quedã iusticie. quedã bonitati attribuanṫ. in scripturis facile est reperire. Et d misericordia quidẽ et iusticia manifestum est. de bonitate vero et misericordia amplius latet. Sed Aug⁹. docet illa opa ꝓprie ad misericordiã ptenere quibus aliqui a miseria liberanṫ. Aug⁹. super psal. cxxxv. Ad bonitatẽ x̃o nõ solũ illa. sed facturam et gubernationem naturaliũ ita dicens. Ad misericordiaz ptinet q a peccatis mũdat et de miseria liberat. Ad bonitatẽ x̃o q celũ et terram et omnia valde bona creauit vt essent. Jdem super psal. xxxij. Jdez Celi non indigent misericordia. vbi nulla est miseria. in terra hominis abundat miseria et supabũdat dei misericordia. Ubi/seria ergo hominis et misericordia dei plena est terra nõ celi. qui nõ indigent misericordia. indigent tamẽ regẽte domio. Omnia eñ indigẽt domino ⁊ miseria et felicia quia sine illo miser nõ subleuaṫ. felix nõ regitur. Jtem alibi. Misericordia est erga miseros. bonitas erga quoslibet. Interdũ tamen misericordia large accipitur vt bonitas.

Quō vniuerse vie dñi dicātur misericordia et veritas. e

Post hec cōsiderari oportet. ex quo sensu vniuerse vie domini dicant misc̄ia et vitas. Hoc multiplicē recipit expositionez. Vniūse em̄ vie dñi misc̄ia et veritas q̄b⁹ ad nos venit. vt ait Aug. sup psal. intelligunt duo aduentus. Prim⁹ in quo manifestā ⁊ multiplicē misericordiā nobis exhibuit. ⁊ scōs in quo req̄rendo merita iusticiā exhibebit. Vniuerse etiam vie dñi. i. quibus ad dñm ascendimus sunt iusticia qua a malo declinamus et misericordia qua bonū facimus. In his em̄ duobus omne bonū merituz includit. Sed cū supius. Cassiod. dixerit in his duobus omnia opa dei includi. merito queri potest an in omni ope domni hec duo mutuo sibi iungant? Quibusdā placuit nō in oñi ope dñi hec duo ꝓcurrere ſm effectuz dico. nā ſm eēntiā nō diuidit misc̄ia a iusticia. sed vnū est. Verū ſm effectū nō i oi ope dñi dicūt esse misericordiā ⁊ iusticiam sed in quibusdā fatent tm̄ misc̄iaz ⁊ alijs iusticiaz. atq̄ i alijs misc̄iam ⁊ iusticiam Fatētur tm̄ dñm oia q̄ fecit misericorditer agere et iuste. referentes rōnez dicti ad dei voluntatē q̄ iusticia est et misericordia. nō ad effectus misericordie et iusticie q̄ sūt in rebus Alijs aūt videt q̄ sicut ōr deus omnia opa sua iuste facere ⁊ misericordit. ita ꝓcedendū sit in oi ope dei iusticiā esse ⁊ misericordiā. i. clementiā ſm effectū vl̄ signū q⁹ nullū opus dei est in quo nō sit effectus vel signū equitatis et clementie siue occulte siue apte. Aliq̄n em̄ manifesta est clemētia siue benignitas ⁊ occulta eq̄tas. aliquādo econuerso.

Ista est distinctio. xlvi. h⁹ quarti libri. In qua mg̃r post q̄ supius determinauit de remuneratione et punitione aiaꝝ añ iudiciū ⁊ resurrectionē. Nic determiat de diuina iusticia ⁊ misc̄ia q̄bus p̄dicta dispensant Et snia huius dis. in spāli stat in ista ꝓpositiōe. In p̄miatione damnatorū hoīm et angeloꝝ iusticiā et misericordiā seruat creator eorū Hanc mg̃r insinuās querit. vtrū circa damnatos sit aliqua dei misc̄ia. Et arguit ſm quosdā q⁹ non per plures autoritates. Postea objicit p quosdā autoritates et ꝓbat penas damnatoꝝ nunq̄ esse finiēdas Postea soluit dicens q⁹ circa dānatos est aliqua dei misericordia in pene impositiōe et mitigatiōe nō tamen penitus in absolutione vel occulta peccatorum reuocatione. sicut contingit in p̄senti. Et ex hoc p̄t solui autoritates in ⁊rarium adducte q̄ nō omnino misc̄iam dei a dānatis excludunt. Addit etiam q̄d p occultū dei iudiciū intelligat. q̄q̄ em̄ intelligit pena qua aliquis exercitat ad purgationem vel mouet ad ꝙuersionem vel si contemnit execat ad damnationem. quādoq̄ intelligit dei dispositio ō omnibus rebus q̄q̄ vero finalis sententia que in futuro malos a bonis sepabit. Postea querit cuz dei misericordia et iusticia idē sint qualiter quedā opa attribuunt misericordie. et alia iusticie. Et rñdet q⁹ hoc est ꝓpter diuersitatē ꝓnotatoꝝ vel diuersarum de deo conceptionum. ꝓpter quā etiā diuersitatez aliqua diuine bonitati attribuunt aliqua misericordie. bonitas et respicit gratuitā dei donationez. misericordia ℞o a malo liberationē. Postea querit qūo intelligendum sit q⁹ vniuerse vie dñi sunt misericordia et veritas. Et rñdet q̄a hoc ideo ōr q⁹ cum sit duplex aduentus dei. vnus misericordiā alius iusticiā respicit. vel hoc ꝓ tanto ōr. q⁹ ad deum imus mala declinando p iusticiā. bona opa faciēdo p misericordiā. et sic vniuerse vie dñi misericordia et veritas q̄b⁹ ad deum imus Ultimo q̄rit vtrū in oī ope dei misc̄ia ⁊ veritas icludant. Et rñdet ſm quosdā q⁹ nō ſm effectum. sed q⁹ in quibusdā sit tm̄ misc̄ia et in q̄busdaz tm̄ iusticia. in q̄busdaz misc̄ia et iusticia sit. Dicunt tm̄ in oī ope dei ꝓtineri ambo ſm essentiā. q⁹ vna et eadē voluntas dei est iusticia et misc̄ia. Alij ℞o dicunt q⁹ etiaz ſm effectum vel signū in omni ope dei ꝓcurrunt simt misc̄ia et iusticia. ita q⁹ nullū opus dei sit in quo nō sit effectus vel signum eq̄tatis et misc̄ie siue occulte siue apte. Et tm̄ in spāli.

De sententia iudicij. a

Solet etiā q̄rí qualit̄ dabit̄ iudicij sentētia Sz nō ē pspicuū id explicare Nō em̄ scp̄tura apte diffinit an voce illa pferant. Venite bn̄dicti. ⁊ Ite maledicti. an virtute iudicis ita fiat ꝓscie/tijs singulorum attestantibus. vt mō dicit futurū vt iudicis potentie effectus. ipsius dictione significet. Illa etiam. Esuriui et nō dedistis mihi manducare et hmōi. maꝝ gis ꝓscientijs exprimenda plurimi putant q̄z verbis. q⁹ aplus in momento et in ictu oculi misteriū cōsumandum tradit Sed illud ad resurrectōis statū tm̄ referunt non ad iudiciū. qui alij iudicij sententiā et malorum increpationes ⁊ bonoꝝ premia verbis exprimenda asserunt. DI.XLVII

Qō iudicabunt sancti qūo. b

Non autem solus christus iudicabit. ſ et sancti cū eo iudicabūt natiōes. Ipe em̄ aplis ait. Sedebitis ⁊ vos sup duodeci sedes iudicātes duodecim trib⁹ isrl̄. Nec ē putāduz q⁹ duodecim aplis tm̄ b̄ pmiserit xps. Vbi em̄ sedebit paul⁹ q̄ pl⁹ oibus laborauit si non ibi sedebunt nisi. xp̄i. Per duodecim ergo sedes p fectio tribunalis. i. vniuersitas iudicātiuz intelligit. s. oīs pfecti q̄ relictis oibus secuti sūt xp̄m. Per duodecim trib⁹ vniūsitas iudicandoꝝ. Judicabunt vero cos De duodecim sedibus.

ſancti nō mō coopatione. ſed etiā autoꝛita
te et poteſtate. Uñ Gladij ancipites i ma/
nibus eoꝝ .i. ſentētia de bonis ⁊ de malis
in poteſtate eoꝝ. Si vero querīt que erit
eoꝝ poteſtas vel autoꝛitas in iudicando?
Iſputo nō ante poſſe ſciri q̄ videat. niſi di=
uina reuelatione quis didicerit.

// De oꝛdinibus eoꝝ qui iudican
di erunt. c

Erunt autē quatu
oꝛ oꝛdines in iudicio. Bue quippe ſunt p/
tes. electoꝝ. ſ. ⁊ reꝓbоꝝ. vt Gꝛeg. i mo/
ral'. ait. Sed bini oꝛdines eiſdem ſingulis
partibus continent. Alij em̄ iudicant ⁊ p
eunt. alij nō iudicant et pereunt. Alij iudi
cantur et regnant. alij nō iudicantur et re=
gnant. Judicant ⁊ peunt quibus domini
ca in clamatione dicet. Eſuriui et nō dedi
ſtis mihi man. ⁊c. Nō iudicant ⁊ pereunt
quibus dñs ait. qui nō credit iam iudica/
tus eſt. Eoꝝ em̄ damnatio toti eccleſie
nota eſt et certa. et ideo dicunt tunc nō iu/
dicari. qꝛ ad ꝓſpectum diſtricti iudicis cū
aperta damnatione ſue infidelitatis acce/
dent. Qui vero ꝓfeſſionē fidei ſine opib⁹
habent: iudicabunt et peribūt. i. redargu/
entur vt pereāt. Qui vero nec fidei ſacra/
menta tenuerunt. increpationem iudicij in
ſe fieri nō audient. qꝛ infidelitatis ſue tene=
bris p̄iudicati. eius quē deſpexerant inue
ctione redargui nō merent. Illi aūt ſaltez
verba iudicis audient. qui eius fidem ſal/
tem verbo tenuerūt. Illi aūt in damnatio
ne ſua eterni iudicis nec verba ꝓcipient. q̄
eius reuerentiam nec verbotenus ſeruare
voluerunt et ideo illi iudicādi. ſ. iſti nō iu/
dicandi dicunt. Ex electoꝝ vero ꝑte alij
iudicant et regnant. ſ. qui vite maculas la
chrymis tergunt. et elemoſynaꝝ ſuper in=
ductione operiunt. quibus iudex veniens
in dextera cōſiſtentibus dicet. Eſuriui ⁊ d̄
di. mihi mandu. Alij aūt nō iudicant et re
gnāt. qui etiā ꝓcepta legis ꝓfectōꝛi vir/
tute tranſcendūt. qꝛ nō hoc ſoluꝝ quod lex
ꝓcipit implere cōtenti ſunt. ſed et qđ ad
ꝓfectionem conſulit implere ſtudent. De
quibus ꝓpheta ait. Dominus ad iudiciū
veniet cum ſenatoribus populi ſui. Et ſa=
lomon de eccleſie ſponſo loquens ait. No=
bilis in poꝛtis vir eius q̄ ſederit cuꝝ ſena
toꝛibus terre. et Job ait. Nō ſaluat impi/
os et pauperibus iudiciū tribuit. Ihū ergo
recte ſub generali iudicio nō tenent. ſed iu
dices veniunt. qꝛ et ꝓcepta generalia vi
uendo vicerunt. et omnib⁹ relictis xp̄m ſe
cuti ſunt. Recte pauperibus iudicium tri
buit. qui quāto huic mundo magna humi
litate deſpecti ſunt. tanto tunc maioꝛi cul=
mine poteſtatis excreſcent. De talibus di/ Apocal. iij.
citur. Qui vicerit dabo ei ſedere mecuꝝ in
thꝛono meo ſicut ⁊ ego vici ⁊ ſedi cū patre
meo in thꝛono eius. Uincens dñs cum pa
tre in thꝛono ſedit. qꝛ poſt paſſionis certa/
men et reſurrectionis palmam q̄ patri eſ/
ſet equalis. omnibus claruit. Nobis vero
in thꝛono filij ſedere. eſt ex eiuſdem filij po
teſtate iudicare. Quia em̄ iudicandi ꝓn=
cipatum ex eius virtute ꝓcipimus: quaſi i
thꝛono eius reſidemus. Ex his aparet q̄
etiā ꝓfectōꝛes ſancti cū xp̄o iudicabūt po=
teſtate. et quare quidam dicunt iudicandi
alij non iudicandi.

// De oꝛdine iudicij et miniſterio
angelorum. d

Cuꝝ autē in euāge
lio legatur. q̄ dñs mittet āgelos ſuos qui
colligent de regno eius omnia ſcandala. et
mittent iniquos in caminū ignis. Et item
Exibunt angeli et ſepabunt malos de me=
dio iuſtoꝝ et mittent eos in caminū ignis
Et itē. Mittet angelos ſuos cū tuba ⁊ cō
gregabunt electos a quatuoꝛ ventis. et ꝓ
pheta dicit. Congregate illi ſanctos eius/
Miniſterio angelorum illa impleri dubi.
tandū nō eſt. Domino em̄ veniente ad iu=
diciū p̄cedet ante eū ignis quo comburek=
facies mundi huius. et pibit celū et terra.
nō ſm̄ ſubſtantiā. ſed ſm̄ ſpeciem que im/
mutabitur. celū quidē aereum nō ethereū
Tm̄ em̄ aſcendit ignis in iudicio q̄tuꝝ aſ/
cenderunt aque in diluuio. Ille aūt ignis
malis qui repti fuerint viui. erit ꝓſumptō
bonis vero nō. Ut ait Aug. Hoc erit incē/
dium mundi ſanctis. qđ fuit caminus tri/
bus pueris. Jn quibus ſi aliquid purgan
dum fuerit ꝓ illuꝝ ignem purgabit. Alijs
vero nullā ingeret moleſtiā. Iſpurgato vo
ꝓ ignem mundo. et ad iudiciū venīte do/
mino emittetur vox illa magna qua reſur=
gent omnes mortui. et tunc miniſterio an/
gelorum ventilabitur area. quia boni ꝓgre
gabuntur ibi de quatuoꝛ partibus mundi
angelico miniſterio. quo ⁊ rapient obuiaꝝ
xp̄o in aera. reꝓb in terra qua dilexerūt
remanētibus. Et tunc ꝓconia illa bono=
rum: eſuriui. et dediſtis mihi māducare. ⁊

increpatiões ille malozũ. eſuriui et non de diſt. mihi mãdu. ꝛc. pferenꝫ. vel ſono vocali. vel alio modo. Deniqꝫ pferet ſententia ſup vtroſqꝫ. Venite bñdicti. et ite male dicte ꝛc. Et miniſterio angelozum virtute dei coopante. mittenꝫ mali in caminum ignis. hoc eſt in infernum.

¶ Si poſt iudiciũ demones pẽrũt hoibus ad puniendum. c

Et ſolet queri vtꝫ in inferno malis ad puniendũ pſint demones poſt iudiciũ. quos carnifices tozozes/ qꝫ animarũ ſcriptura appellat? Apoſtolus dicit. qꝫ xps tunc euacuabit omnem pricipatum et poteſtatẽ ꝛ virtutẽ. Dum eñ durat mũdus: angeli angelis. demões demonibus. homines hominibꝰ pſunt. Sz omnibus collectis. iam omnis platio ceſſabit

¶ Hinc quidã putant poſt iudiciũ demones non habere poteſtates cruciandi homines ſicut modo. Sed vt demones virtute dei cruciari ſine creature miniſterio aſſerunt. ſic reprobos homines ibi nõ p opationem demonũ. ſed virtute diuina tantum eternis ſubĳci cruciatibꝰ. Premiſſa tamẽ autozitas nõ id cogit ſentire. que et ſi aſſerat tũc nec demones demonibꝰ. nec hoies homibus preeſſe. non diffinit tñ an demones preſint hominibus ad tozquendũ. vñ quibuſdaz videtur eos ſic cõſtare hoibus tozozes in pena ſicut extiterũt incentozes in culpa.

